







807

~~1. 1672~~

Leipzig 17. 11.

Reputationes Athes.

2. 1. 1717.





Alv.: T. 162



# Index disputationum.

1. De sacra scriptura.
2. Schematum Lemmatumque Theologicorum miscella.
3. Discursus Theologicus de formula Concordiae.
4. Quaest. An in causa religionis scripta  $\Psi\theta\text{J}\omega\rho\mu\alpha$  vel  $\acute{\alpha}\rho\omega\rho\eta\mu\alpha$  sint probanda aut toleranda.
5. De  $\text{P}\eta\iota\ \acute{\alpha}\rho\alpha\sigma\alpha\delta\omega\rho\eta\alpha$  seu incomprehensibilitate.
6. De Jesu Christo  $\Theta\epsilon\alpha\rho\omega\pi\omega\tau\omega$  & Photinianis.
7. Examen refutationis Valentini Schmalij.
8. De fide Jobi c. 19. v. 25.
9. Controversia de Spiritu Sancto & Photinianis.
10. De homine et eius statu integritatis ante lapsum.
11. De poenitentia, Confessione & absolutione.
12. De meritis bonorum operum.
13. Eiusdem argumenti.
14. De Apostasia Romano-Papisticae Ecclesiae.
15. De ecclesia.
16. Eiusdem argumenti.
17. De primatu Papae.
18. An papa sit Antichristus.
19. Eiusdem argumenti.
20. Resp. ad 8 quaestiones Jesuitarum Clonicensium.
21. De ministerio Verbi.
22. De methodo Concionandi.
23. Quinq; disp. de corruptelis  $\acute{\alpha}\rho\tau\eta\sigma$  collegis p. Pontif. Calvin. & Plain.
24. De invocazione.
25. De pace Ecclesiae.
26. De syncretismo.
27. De Confessione.



DISCURSUS THEOLOGICUS  
De  
FORMULA CON-  
CORDIÆ, WITTENBERGÆ

ANNO 1536. initæ,

Quem

D. T. O. M. A.

EX DECRETO ET AUCTORITATE VENE-  
randa Facultatis Theologica, pro impetrandis in SS. Theologia  
summis privilegiis & honoribus DOCTORA-  
LIBUS, conscripsit,

&

PRÆSIDE

REVERENDO CLARISSIMOq; VIRO,

DN. JOHANNES WIN-  
CKELMANNO, SS. THEOL. D. ET  
IN ACADEMIA GIESSENA PROFESSORE PRI-  
mario, p. t. Rectore Magnifico, nec non Ecclesiarum superio-  
ris Hassiæ partis Darmstadinæ Superintendente  
vigilantissimo, &c.

*Placida disquisitioni prid. Cal. Jul. in aula Collegii LUDOVICIANI  
majori subijcit*

CUNRADUS DIETERICUS, HACTENUS  
Philosophiæ Moralis Professor & Pædagogiarcha,  
nunc Ecclesiæ ULMENSIS Pastor ejusq; ac con-  
junctarum Superintendens.

OS (\* \*) S

GIESSE HASSORUM,  
*Excudebat Nicolaus Hampelinus, Typogr. Academ.*

M DC XIV.

(31)

77



AMPLISSIMIS, NOBILITATE GENERIS, VIR-  
TVTE, PRVDENTIA ET LONGO RERV M VSV

*præstantissimis,*

DN. SENIORIBUS,  
CONSULIBUS &  
SENATORIBUS,

INCLYTÆ, VETUSTÆ, LIBERÆ AC PRÆPO-  
tentis Reipublicæ ULMENSIS,

*Dn. Fautoribus omni observantia colendis, & amicis  
perquam dilectis,*

S. P. P.

**S**I ulli alii quàm vobis, Viri Ampliff. Nobiliff. Prudentiff. Præstantiff. publicū hoc sum-  
morum meorū honorum progymnasma dedicarem, ingratiſſimus omnium eſſem. Ve-  
ſtro etenim nutu, communi Miniſterii populiq; veſtri ſuffragio comprobato, ad Eccleſiæ  
veſtra celeberrimæ regimen, clementiſſima Illuſtriſſ. Principis ac Domini, Dn. LUDOVICI  
Haſſiæ Landgravii, &c. Domini mei benigniſſimi, dimiſſione ſubmiſſè impetrata, non ita  
pridem vocatus ſum. Veſtro juffu ſummum hoc dignitatum culmen, à quo indignus ego a-  
lieniffimū me alioqui profiteor, appetere auſus ſum. Veſtro deniq; ſumptu, quicquid impen-  
ſarum in perficiendis actuū Academicorum ſolemniſſibus conſumitur, plus quàm liberali-  
ter adeptus ſum. Vobis ergo hæc mea primitiæ & jure ſummo debentur, & jam nunc honore  
ſummo conſecrantur. Accipite eaſdem, fautores decenti reverentia honorandi, & inde meā  
in vos obſervantiam & amorem æſtimate. Accipietis fronte ſpero eò ſereniori, quo materia  
qualitas eſt excellētior, nomine veſtro ampliffimo dignior, & ſic vobis gratior. Dignior equi-  
dem in ſe, cum graviffimæ controverſiæ Euchariſtica conciliationem ſuo ſub complexu con-  
tineat: Gratior verò ex eo, quòd Antiſtites Eccleſiæ veſtra vigilantiffimi, Licenciat. MAR-  
TINUS FRECHTUS & D. LUDOVICUS RABUS (quorum memoria in benedi-  
ctiōne) ſuas ad hanc ipſam cum ſancientiā tum deſcribentiā partes pro virili contule-  
rint. Horum igitur in Eccleſiaſtico munere prædeceſſorum meorum laudatiſſimorum labor,  
cum vobis honori ſit, mea etiam hæc ejuſdem didicere vobis dedecori non erit. Valete ac  
majora in poſterum de me vobis promittite: Interea verò pro felici meo ad vos reditu piis  
veſtris votis mecum apud Deum intercedite. Scrib. GIESSÆ ipſis feriis Pentecoſt.  
ANNO 1614.

V. Amplit. & Præſt.

Studioſ. in verbo Dei miniſter,

Cunradus Dieterich.

✻ (\* \*) ✻





DE FORMULA CONCORDIAE  
WITTENBERGENSIS

THESIS I.



CECILIUS Cyprianus, gloriosissimus vir & Sanctus DEI, quo elogio Pötius illum Diaconus verè condecorat, in Epistola hortatoria contra hæresiarchas ad Cornelium, inter quam plurima alia cōqueritur, *pacem non solùm à non veris Presbyteris verbis fallacibus predicari: Sed & pacem veram falsæ pacis mendacio tolli.*

Lib. 2. Epist. 3.

2. Conqueri id ipsum nostro hoc tempore non immeritò de iis possumus, qui patrum nostrorum memoria, triste illud incendium Eucharisticum, cum irreparabili Ecclesiæ renascentis incommodo, excitarunt.

3. Hi namq; licet primi funestæ hujus Tragœdiæ Sacramentariæ auctores & actores extiterint, in eadēque omnium contentionum & rixarum semina longè latèq; sparserint: omnem tamen fabam non solùm in Orthodoxos veritatis propugnatores, pestiferis ipsorum conatibus justo zelo animosè resistentes, cudere præter meritum satagūt: sed & quasi ipsi soli sint beati isti εἰρηνοποιοί, nil horum præter concordiam, pacem, moderationem, conjunctionē, fraternitatē adeoq; religionis & confessionis unitatē plenis buccis crepant, ejusdēmq; præstantiam ac utilitatē magnis pompis deprecāt.

4. Utinam verò non oris, sed cordis viribus pacis salubritatem, quod ad Crispinum Donatistam scribit B. Augustinus, exasperarent? Epist. 172. Epist. 162.

At, quod idem dicit alibi, pacis nomine populos salutant, quos à pace salutis exterminant: & verbis, ut cum B. Hieronymo loquamur, concordiam sonant, re servitutē postulant: dum sc. fucata πρῶτα perniciosas doctrinæ corruptelas astutè occultare, insciis venditare, nonnūquam etiam Christum & Belial, veritatem & mendacium, quantum quidem possunt, conciliare, sed tamen vanè, attentant. Epist. 13. ad Theophilum.



5. Illis ergo, non abs re, quod veteres Orthodoxi veteribus  
 ἑτεροδόξοις, occinimus: *Quomodo apud vos pax illibata esse potest, apud  
 Augustin. in* quos fides integra non est? *Neq;* enim pax potest esse vera, ubi non est ve-  
*orat. de 5. hares.* ra concordia, quia disjuncta corda.  
*Et tract. 77.*

*in Iohan.*

*Allegat.  
 Epist. 13.*

*Ignat. epist. II.]*

*Athanas. epist.*

*ad Antioch.*

*Hilar. lib. cont.*

*Auxent.*

6. Volumus equidem & nos cum Hieronymo pacem, & non  
 solum volumus, sed & rogamus; sed pacem Christi, pacem veram, pacem  
 sine inimicitis: pacem, ἡς δεχνηγός τε καὶ φύλαξ ἐν ἡμῶν ὁ χριστός, eius dux &  
 custos Jesus Christus est; Ignat. pacem; que sana fidei est, Athanas. Ea  
 enim solum Ecclesie atq; Evangelicorum una pax est, Hilar.

7. Ab hac ipsa verò quàm sint alieni συμβιβασμῶς hujus cō-  
 ciliatores, ut omnibus pateat, placuit nobis discursum Historicū &  
 Theologicum de Formula Concordiæ Eucharisticæ, Wittenbergæ  
 Anno 1536. in ite instituire, & placidæ disquisitioni subicere.

8. In cujus pertractatione, ut methodicè procedamus, 1. For-  
 mulæ hujus descriptionem proponemus, 2. membris eandem suis  
 sigillatim sic explicabimus, ut eadem subinde opera τὰς ἀντιλέγοντας  
 redarguamus, & tetra πειροίαις convincamus.

#### DEFINITIO.

9. à nobis proponitur talis: *Formula Concordiæ Wittēbergæ  
 Anno 1536. in ita, est confessio aliquot Saxoniorum & Superioris Ger-  
 manie Theologorum, quâ de controversia Eucharisticâ unanimem suam  
 fidem, verbo Dei, puriori antiquitati & Augustanæ Confessioni consenta-  
 neam, testificate sunt, in Dei gloriam, Ecclesiarumq; conjunctionem &  
 amplificationem.*

10. Definitum est *Formula Concordiæ Wittenbergensis.*

11. *Concordia* dicitur ab adjuncto & fine. Hactenus enim  
 per decenniū, & quod excurrit, nocentissima inter eos qui à Papa-  
 tu defecerant, duraverat discordia, quæ quia Evangelii cursum haud  
 parum fuerat remorata, meritò erat tollēda, ut adversus communē  
 hostem Antichristum conjunctis viribus pugna esset felicior.

12. *Wittebergensis* dicitur, notificatione specialiori à subje-  
 cto loco, ubi inter partes dissidentes transacta & confirmata, nempe  
 Wittebergâ, quæ electorale ad Albim Saxonie castrum, Academia  
 illustri per universum orbem Christianum clarum: addita, adjuncta  
 temporis circumstantia, *Quando* constituta, Anno nimirum Christi  
 1536. ab exhibita Augustæ Vindelicorum Imp. Carolo V. statuū Im-  
 perii protestantium confessione publica, sexto.

13. Lo-



WITTEMBERGENSIS.

13. Locus quidem conventui & transactioni huic dictus primùm erat alius, ISENACUM scil. Thuringiæ oppidum: sed adversa D. Lutheri valetudo effecit, ut GRIMMAM, quæ diei unius itinere Wittebergâ distat, convocarentur peregrè adventantes, & quidē ab ipso Luthero. Illi verò Wittebergæ visendę desiderio ducti, eodē diē Maij 21. sponte sua contenderunt.

Vide Histor.  
Aug. Confess.  
fol. 266. &  
270.

Histor. A. C.  
fol. 267.

14. Ubi perstringendus meritò lividus Rodolphi Hospiniani animus, Dn. Lutherum traducendi cupidissimus: quem ut magis proderet, absque fronte & fonte Lutherum, cū Isenaci sese fristere debuisset, *adversam valetudinem pra se tulisse*, sive quod idem est, simulasse scribit.

Hospin. histor.  
Sacram. part.  
2. pag. 144. §.  
Ipse verò.

15. Quasi verò Dares Entellum metuerit, aut Leonem hunc larva aliqua terruerit? Non fuisse autem morbum istum Lutheri simulatum, cuiusmodi Scholasticorum segniorum cuticulæ suæ metuentium esse solet, nec ipse adversarius inficias ire potest, dum seipsum refutans ex Tomo Anglicano meminit, ita Lutheri morbum auctum fuisse, ut per integrum diem ab actione cessandum fuerit: idēmq; è D. Ludovici Rabi relatione confirmat, p. 145. b. §. interea.

Hosp. all. p. 2. p.  
147. f. a. §. interea.

16. Genus in definitione ponitur *Confessio*: ubi confessionem eo sensu accipimus quo Divus Apostolus, 1. Tim. 6. 12. Dicitur autem *confessio quorundam Saxoniorū, & super. Germania Theologorum*, ad exprimendos Auctores hujus concordiae: ubi causæ efficientes procreantes nobis explicandæ, in quarum censu *συνοδικα ἔργα* & *σύνεργα* alia concurrunt.

AUTHORES

17. Concordiæ & confessionis in eadem editæ sunt quidam Ecclesiarum superioris & inferioris Germaniæ in Suevia & Saxonia Theologi & ministri: Suevicarum scilicet,

D. Wolfgangus Capito; & Martinus Bucerus, Argentinenfis.

Jacobus Otherus, Eslingensis;

Martinus Frechtus, Theol. Licentiatus, Ulmenfis;

M. Bonifacius Lycosthenes, & Wolfgangus Musculus, Augustane;

M. Gervasius Scholasticus, Memmingensis;

M. Joannes Bernhardi, Francofurtensis ad Moenum;

M. Martinus Germani, Furfeldensis;

A 3

M. Mart





DE FORMULA CONCORDIÆ

M. Matthæus Aulberus, & Johannes Schradinus, Reutlingensis.

SAXONICARUM,

Martinus Lutherus, D.

Iustus Jonas, D.

Caspar Cruciger, D.

Johannes Bugenhagenus Pomeranus, D.

Philippus Melancton.

Iustus Moenius, Isenacensis.

Fridericus Myconius, Gothensis.

Histor. Sacr. p. 144. a. §. cum autem civitatum.

18. Hospinianus Suevicis ministris annumerat Johannem Zuiccium Constatiens. Omittit verò Reutling. Aulberum & Schradinum, quos iterum alibi, Zwiccio omisso, ponit: quo fine ipse viderit.

Histor. A. C. pag. 266.

19. E superioris verò Germaniæ Ecclesiarum parte, suum præcipuè in negotio hoc studium commendavit Martinus Bucerus, quem per integrum quadriennium in concordia concilianda desudasse, Historia Aug. Confess. testis est: Unde etiam Concordia Buceri ab aliquibus, sed non nisi per κατάχρησιν Synecdochicam appellatur. Nec enim uni vel alteri tanquam causæ solitariæ, quod cum aliis effecit, adscribendum. Et, quod omnes tangit, ac ab omnibus curatum & approbatum est, meritò etiam non uni soli, sed omnibus & singulis tribuitur.

20. Et certè non unius & solius Buceri partes hinc adhibitas, sed & socias reliquorum manus fuisse vel maximè conjunctas, tum ex Actis tum ex Formula ipsa constat.

Vide Epist. Myconii Histor. A. C. p. 275. & relat. Lud. Rab. ibid. pag. 312. Chytra. p. 366. Conf. Hospin. hist. p. 114. b. §. idem quoque post Bucinum.

21. Formulæ exordium sic habet: *Audivimus*, ego scil. Lutherus, Jonas, Cruciger & collegæ reliqui, *Martinum Bucinum suam & cæterorum, qui cum eo ex civitatibus* ( superioris scil. Germaniæ, Argentina, Ulma, &c. ) *venerunt. Item: Fatentur, sentiunt, docent: & postea; cum hi omnes fateantur, &c.*

22. Non ergo solus Bucerus sententiam suam dixit & explicuit: sed & sociorum suorum: nec hi *κατὰ* fuere *πρόσωπα*, sed singuli, quod Acta docet, seorsum à Luthero interrogati, omnibus reliquis audientibus sonorâ voce asseveraverunt, se idem quod Bucerus explicasset, confiteri, sentire, docere, defendere, & jam toto anno hæc docuisse & exinde docere velle, &c.

23. Nec



23. Nec solus Lutherus, multò verò minus Melanchthon solus, nostratum partes egit; sed audita Bucerì & sociorum declaratione, Lutherus cum collegis secessione facta, quid porro faciendum foret, deliberavit. Ubi singuli rogati, sententias dixerunt, atque sic ex mutua συζητήσει & communicatione utrinque inter præsentes concordia demum constituta.

Vide Histor.  
A.C. p. 276.

24. Quid quod ea quæ circa concordia hujus tractationem acta sunt, non privato præsentium arbitrio, sed publico magistratus & Ecclesiarum nomine ac nutu suscepta fuere? Id quod est transactio-  
ne potissimum Lutheri & Bucerì Coburgica; Philippi & Bucerì, Cassellana; conventu Suevorum & Helvetiorum Argentinensi, li-  
quidissimè constat: quæ & alia publica utrinque; Magistratus auctori-  
tate agitata fuisse, locuples iterum Historia Aug. Confess. testis est.

Vide Acta  
Histor. A. C.  
pag. 170. 188.  
189. Sp. 260.  
& seqq. item  
litteras Luth.  
ad Argent.  
pag. 287.

25. Vanissimæ igitur sunt hyperbolicæ illæ Hospiniani nar-  
rationes, quâdo in præfat. ad Illustr. principem, Dn. Otthonem Has-  
siae Landgravium, &c. Concordia suæ discordis, in quam ἑπιτομήν  
fabulæ suæ Sacramentariæ ipsi congerere volupe fuit, hunc in mo-  
dum scribit: *Horum duorum virorum* (de Philippo & Bucero loqui-  
tur) *studio, cura, labore, & diligentia, concordia inter Lutherum & Hel-*  
*veticas Ecclesias inita, sancita, & confirmata, atq; ab ipso quoq; Luthero*  
*in literis ad Helvetios recepta atq; approbata fuit, teste Deo, in animam*  
*suam invocato, &c.*

26. Ubi duo recenset: alterum de concordia inter Luthe-  
rum & Helveticas Ecclesias constitutione; alterum de ejusdem à Lu-  
thero facta approbatione.

27. Prius si inclusivè interpretari velit adversarius, ὑπερβα-  
τικῶς est; Sin exclusivè, quæ ejus est intentio (eo namq; nomine  
Lutherum in primis ibidem & Brentium, quem *omnem* ait, cum Hel-  
vetiis concordiam dissuasisse, perstringit) totum, quod præcedentia  
edocent, falsum est.

28. Equidem Lutherum (qui belli & discordiarum Hospi-  
niano & cōplicitibus ejus pater est) quod concernit, fuit is cōcordiæ,  
(sed veræ & solidæ,) tam cupidus, quàm qui cupidissimus. Id quod  
inter quàm plurima documenta alia pater ex instructione Chaselio  
Argentinensi data, art. 8. in Resp. ad Ducem Lünebergens. in confi-  
lio suo de concordia, Philippo, cum Casellas ad tractationem cum  
Bucero,

Vid. Hist. A. C.  
pag. 84.

Pag. 190.



Pag. 262.

Pag. 266.

Tom. 4. Ienens.

fol. 179.

Hist. A. C. pag.

328. &amp; 329.

Qualem con-

cordiam Bren-

tius dissuasit

vid. in epist. ad

Buc. Hist. A.

C. pag. 86.

Vide pref. sup.

lib. Iac. And. de

Cœnâ.

Vid. Epistol.

Philip. ad Vit.

Theod. histor.

sacr. part. alt.

p. 148. §. cum

bac Witteb.

ab Hosp. citat.

Hist. A. C.

pag. 275.

Pag. 320.

Pag. 322.

Bucero abiret, communicato, artic. 7. In Epistola ad Argentinenſes. Anno 355. Octobr. In primis verò in commentario in cap. 6. Epist. ad Gal. Epist. ad Helvetios Anno 37.

29. Brentium quod attinet, quæ quæſo omnem concordiam dissuasisset? cum 1. hanc ipsam concordiam Wittébergensem anno proximè inſequenti, 37. scil. unà cum reliquis in Synodo Schmalkaldensi approbatit & subscripserit? Et 2. ad concordiaſtudiū omnes pios hortatus fuerit: nec 3. illud in fervore contentionis, uti adverſarii calumniantur, abjecerit, sed conſtanter retinuerit?

30. Quid verò si criminis Brentio præter meritum intentati, ipsum Philippum reum ageremus? facile equidem, etiam ipſo Hoſpiviano teſte, ipſum congreſſum Theologorum dissuaſiſſe, & conatum eſſe impedire, &c. demonſtrare poſſemus, ni famæ ejus parcere hac vice mallems.

31. Poſterius, quod de concordia inter Lutherum & Eccleſias Helveticas inita, ſancita, & confirmata, ab ipſo quoq; Luthero recepta & approbata Hoſpinianus gannit, puris vanitatibus ſcater.

32. Primò namque concordia fuit inita, ſancita, confirmata, recepta & approbata inter Lutherum duntaxat & ſuperioris Germaniæ Eccleſias, theſi 17. enumeratas: non verò inter ipſum & Helveticas: Sed 2. cum iſſdem de concordia in futurum inveniunda & confirmanda tractabatur.

33. Nec eſt quod Epistolam Lutheri ad Helvetios Anno 37. Cal. Decembr. ſcriptam (quam Germanico idiomate etiam Marpurgenses his nundinis ad perſuadendum dubio procul ſimplicioribus, quaſi ſcil. Lutherus ad Calvinianas partes ſeceſſerit & concordiam cum illis inierit, evulgarunt) Hoſpinianus cum ſuis nobis objiciat: ea enim nihil quicquam morbidam ipſorum cauſam juvat.

34. Etenim 1. Bucerus ſe & ex ſua & Helvetiorum ſententia verba Cœnæ explicare, coram Luthero & collegis præ ſe ferebat. 2. De voluntate & conſenſu Helvetiorum liberales Luthero promiſſiones faciebat. 3. Lutherus Helvetios à priori erronea ſententia abductos, Formulæ Wittébergenti, prout ea inter tractandū explicata erat, ex animo ſeſe adjuncturos cõfidebat. Ideò 4. tam amicabiles ad Helvetios literas miſit: In quibus tamen 5. nil de Concordia inter ipſos ſancita & approbata (quæ nulla adhuc dum erat) ſed perficienda demum agit

35. Patet



35. Patet hoc ipsum ex Epistola ipsa, ubi inter alia sic scribit:  
 1. Summo sum affectus gaudio, quod vidi, vos *seposita omni priori acerbitate* atque inter nos & concionatores vestros obortis suspitionibus concordiam serid amplecti & *promovere animum induxisse*: 2. Vociferatores, qui adversus hanc nostram concordiam (constituentiam) debachantur, totum hoc negotium illis *curandum* relinquunt, qui ad hoc vocati & idonei sunt, neque *impediant*, ut & nos operam dabimus, ne illam *impedienda* concordiae occasionem præbeamus, quam & nos ex animo *videre cupimus*, ejusque *promotionem* Deo *vovimus*. 3. Nil eorum (quantum in me erit) quæ ad concordiam *promovendam* faciant, desiderabitur: Hoc Deus ipse novit, quem in animam meam testem appello. 4. Optima quæque *speremus* donec turbata aqua paulatim subsidat. 5. Idem ex Epistola altera ad Helvetios Anno 38. postrid. Baptistæ scripta, constat. Denique 6. ex Epistolo idem Formulæ concordiae colligitur, §. *Quod si cateri, &c.*

Pag. 327.

Pag. 328.

Vide Hist. A. C. p. 346.

36. At qua consequentia inferetur? Helvetii animum induxerunt concordiam cum Luthero amplecti (*Seint entschlossen einig, feit anzunehmen*) E. concordia ipso facto inter ipsos est inita & sancita? Iterum, 2. Lutherus non impedit concordiam cum Helvetiis, sed ex animo eam videre cupit & promovere. E. ipso facto à Luthero recepta ac approbata? Iterum, 3. Lutherus optima quæque de concordia sperat. E. est constituta & peracta? Consequentia hæc Hospiniano dignæ. Qui si intelligere vellet, quantum inter præteritum perfectum & futurum adhuc perficiendum interesset, sic non inferret.

37. Carioso hoc vanitatum Hospiniani fundamento destructo, concidit simul altera illa, eaque atrocior in B. Lutherum, quem tanquam contradictionis sibi signum proposuit, calumnia, dum terti ipsum perjuri in simulare non erubescit, *Quid factum* (scribit ad Landgravium) *generosissime Princeps? Dum in spem tranquillitatis omnium animi erecti essent, & Helvetii omnino considerent, Lutherum in sanctis suis promissis & protestationibus constanter perseveraturum, certamen hoc ab ipso instauratur, & concordia maximis laboribus conciliata, rumpitur.*

Alleg. præfat. concord. discord.

38. Hæ scilicet ἀληθεῖς ἰσοεῖαι teneris juniorum Principum animis, quos in Reipublicæ administratione patribus successuros

B

nōris,



nôris, studiosè inculcandæ! hi ipsis fumi ad instillandum quasi cum lacte materno boni Lutheri & sincerorum doctorum odium, sollicitè venditandi, Hospiniane?

Ein jeder hat  
so lang frie-  
den / als sein  
Nachbawer  
haben will.

a Lavat. p. 28.  
edit. lat.

b Hosp. p. 2. fol.  
150. a. §. ille  
respondit.

c D. Leucht. in  
antiq. Hessor.  
fide.

d Bulling. in  
præfat. Apolog.  
ad confut. Jac.  
Andr. b. 8.

Vide Epist.  
Buc. ad Com-  
munitatem, ubi plu-  
ribus quàm  
probrosè cum  
ipsis, Tiguri-  
in concord. ne-  
gocio actū, re-  
fert. Hist. A. C.  
f. 348. & seqq.

Tom. 4. fol.  
136. a.

Alleg. Tom 4.  
fol. 158. a. b.  
& 181. a.

Tom. eod. fol.  
417. a.

39. Sed ad rem: quot hîc verba, tot fermè eructatæ falsa. Qui dic mihi sodes 1. Helvetiorum animi in spem tranquillitatis erecti, cum nunquam concordiam hanc Lutheri admittere animus ipsorum fuerit? Qui 2. Lutherus concordiam cum Helvetiis, rumpere potuisset, quæ tamen ab ipsis nequaquam fuit recepta & approbata? Cum non entis nulla sit ruptio, nulla destructio. Qui 3. Lutherus certamen hoc infelix instaurasset, cum contra concordiam erectam nil unquam senserit, nil dixerit, nil scripserit, nil attentârit, sed in mortem usq; veluti cū Saxonibus, ita & cū superioris Germaniæ Ecclesiis, cum quibus inita primùm erat & confirmata, inviolatam religiosè asservârit? Quin imò 5. soli Helvetii certamen hoc, omnes de concordia tractationes & ἀγωναὶ obstinata pertinacia respuendo, instaurarunt. Ubi verò 4. Lutherus unquam recepit, se perpetuò taciturnum sive Helvetii oblatam concordiam acceptent, sive non? 1. enim Lavaterus historiæ Sacramentariz scriptor, a Hospiniano & antiquior & probatior, Senatuum Tigurinum capita concordiz obscura & ambigua esse, respondisse refert, se ergò nolle subscribere & ea approbare: Quæ verba dū & ipse Hospinianus allegat, b incōsideratè seipsum refutat. Idem 2. fatentur ministri Ecclesiæ Tigurinæ, in Epist. responsoria ad Philip Landgr. Anno 61. c Idem 3. testatur Bullingerus, d qui ipse actionibus interfuit, & concordiam non tam infensis conatibus, quàm calumniosis criminationibus, quomodo Bucerus conqueritur, quantum quidem in ipso fuit, impedit. Quid quod 6. de iniquissima hac μετὰ θεοῦ ipse etiam Lutherus graviter conqueritur, inter alia in Epist. ad Gal. 6. Sic hodiè cogimur audire à Sacramentariis, nos nostra pertinacia scindere charitatem & concordiam Ecclesiarum, quòd improbamus ipsorum doctrinam, &c. Ad hoc respondeo; *Maledicta sit charitas & concordia, propter quam conservandam periclitatur verbum Dei.* Confer cum his quæ in eandem sententiam scribit ad Gal. c. 5. itémq; enarrat. in Psal. 120.

40. Facessant ergo φορητὰ ἱστὰ ἐγκλήματα, quibus Lutheromastyx Hospinianus cum suis duplicem sibi Lutherum ( ipsi διπλοῦτες καὶ ὕδρα πικιδάπεροι ) fingit, iratum & placatum: sedatiorem & vehe-



vehementiorem: alium in exegeticis, alium in eristicis: alium sibi relictum, alium ab aliis inflammatum: Quasi Polypi mente praeditus modò palliatus, modò togatus extiterit, aliud stans, aliud fedens, ὡς ἔτε βωμὸς, ἔτε πύλις, ἔθ' ὄρεθ' μὲν, & si quæ sunt ejus farinae convitia alia.

D. Matthæi  
Con. II. de  
hist. Luth.

Scharpff  
wer er wider

Scharpff /  
und wie man  
ihn sucht / so  
fandt man  
ihn.

41. Atq; hæc de causis sive authoribus concordia, sequitur in descriptionis explicatione

*Materia circa quam, sive objectum.*

42. Subjectum in eadē exprimitur *Controversia de re Eucharistica*, ut quæ præcipuè tum temporis inter partes dissidentes agitabatur.

43. Fuerunt quidem & alii Articuli, utputa de Baptismo & fide infantum, de clavibus seu absolute privata, de disciplina & Excommunicatione Ecclesiastica, &c. in transactione hac Wittenbergensi utrinque tractati: Quia tamen tum temporis inter eos dissensio de his levior, ideòq; consensus sperandus facilior & felicior, à potiori duntaxat denominationem fieri voluimus.

Vide Epistol.  
Luth. ad Ti-  
gur. Histor. A.  
C. f. 328.

44. Idque eam imprimis ob causam quia & ipse Lutherus, commemorante D. Ludovico Rabo, Ecclesie Ulmensis Superintēdente, D. Capioni & M. Bucero copiosè & seridè admodum significavit, se de aliis fidei Christianæ articulis non cum aliis acturum, nisi prius concordia in articulo de Sacramento Cœnæ inita foret. Etiam si enim hinc inde spargant, se cum ipso consentire, diversum tamen sibi prorsus videri.

Hist. A. C.  
pag. 310. Chy-  
tra. in Chron.  
pag. 365.

45. Notum siquidem erat B. Viro adversariorum ingenium, quo satis hætenus fuerat exercitatus, & quoniam aut solidam aut nullam exoptabat concordiam, ideò tam seriis utebatur præmonitionibus & obtestationibus.

46. Nôrat itidem de alteris istis articulis in Colloquio Marpurgensi, Anno 29. actum & conventum fuisse: & tamen ab adversariis erroneas de illis opiniones subinde resorberi.

Vid. Histor. A.  
C. pag. 129. &  
seqq.

47. Unde iterum vanissima patet Hospiniani impudentia, fabulantis, Lutherum priorem transgressum fuisse pacta & conventiona Marpurgi subscripta.

Prefat. Con-  
cord. discord.  
f. 5. a.

48. Δίαν μέγα αἴτημα! Annè iterum Lutherus fœdifragus? Ecquis verò transgressus est pactiones Hospiniane? *Uring*, inquis, c.



sanctè promissum est, dare se velle operam, ut deinceps alii in alios Christiana charitatem colerent & exercerent: mutuisq; precibus utraq; pars assidue à Deo peteret, ut verum intellectum illis largiri & constabire in eo, de quo utring; adhuc non constabat, dignaretur.

49. Ατλίαν μεγάλην hic ψευδολογία καὶ ψευδομαρτυρία, testimonii i. mutilatè citati: 2. malitiosè additamento alio corrupti: 3. simpliciter sumpti, sed tamen secundùm quid verè intelligendi.

Hist. A. C. pag.  
131.

50. 1. In recessu siquidem exsertis verbis dicitur: Una pars alteri Christianam dilectionem declarabit, QUANTUM CUIUSQUE CONSCIENTIA FERET: quæ πειρασὴ ὀφθαλμοφανερᾶς Lutherum excusans, subdolè citra fidem historicam ab Hospiniano omissa. 2. malitiosè verò recessui hæc inserta: in eo de quo utring; adhuc non constabat: Quanquam nec hæc Lutherum ferit, cui semper de vera sententia satis superq; & antè & post colloquium constitit, id quod cō-

Vide Hist. A.  
C. p. 118. Conf.  
Tom. 5. len.  
Germ. f. 22. b.

stans ejus declaratio in Epistola ad Philippum Landgravium innuit.

3. De dilectione Christiana utrinque declaranda quæ proferuntur, secundùm quid, quod verba Recessus, Quantum cuiusque conscientia feret, certo certius innuunt, non simpliciter intelligenda. Hic enim

Luther. in c. 5.  
Epist. ad Gal.  
Tom. 4. f. 158.  
b.

verissima sunt illa Theandri nostri axiomata: Charitas negligi potest in loco sine periculo, non item verbum & fides. Charitatis est omnia tolerare, omnibus cedere: Contra est fidei prorsus nihil tolerare, nemini cedere.

Charitas libenter cedens, omnia credens, condonans & ferens, sæpè luditur, delusa tamen nihil incommodi, quod verè incommodum dici posset, accipit, hoc est, non amittit Christum: ideoque non offenditur, sed retinet constantiam suam in beneficiendo, etiam erga ingratos & indignos. Contra in re salutis quando fanatici homines mendacium & errores docent, sub specie veritatis, & imponunt multis, ibi certè non est exercenda charitas, neque approbandus error. Hic enim non amittitur beneficium in ingratum collatum, sed amittitur verbum, fides, Christus, vita aeterna, &c. 4. Neque Lutherus, neque nostrates unquam receperunt, se suam sententiam contra Zwinglianos non defensuros: alioquin etiam contra pactum egissent, quòd anno statim subsequenti in publicis Imperli Comitibus ipsorum sententiam improbassent. Quin imò 5. ipsi Sacramentarii Luthero priores pacta Marpurgensia transgressi, & sic optimo jure fœdifragi: scitarentur namq; quo de Luthero graviter conqueritur, Lutherum esse Marpurgi victum, &c. Aune hoc.

Vide Epist.  
Luth. ad Iacob. Probst.  
Hist. A. C. p.  
132. & 133.



Hoc erat Christianæ charitatis sanctè promissæ: Taceo brevitatis ergo alia, & ad graviora propero.

§1. *Norma & fundamentum concordie* hujus ponitur unicum verbum Dei, scripturis Canonicis Prophetarum & Apostolorum comprehensum: cui subjiciuntur secundariò, purior antiquitas, quatenus cum immota veritate verbi Divini consentit, AUGUSTANA item CONFESSIO, è verbo Dei in publicum Confessionis Ecclesiarum nostrarum symbolum conscripta, & à statibus quibusdam Imperii publicè asserta & hucusq; comprobata.

## F O R M A

§2. proinde concordie est, fides de SS. Domini Cæna verbo Dei consentanea: Hæc enim quasi anima veræ concordie est, per quam est, quod est.

§3. *Cum vera duntaxat concordia sit, que fidei est*, Athanasio In Epist. ad Antiochens. teste: *ut per concordiam in nullo discrepantes, Deoq; conjuncti per unitatem unum simus concordia animorum, Deo Patri, & Filio eius Domino nostro*, quæ verba sunt Ignatii *Epist. 11. Sine qua, dissensio optima, concordia perniciosissima*, veluti scribit Gregor. Nazian. *Orat. 1. de pace.*

§4. Esse autem concordiam hanc verbo Dei, puriori antiquitati, Augustanæ itidem confessioni ejusdemque Apologie consentaneam, ipsa ejus formalia evidenter ostendunt: *διαρρηθην* enim referunt se Concordiæ, 1. ad institutionem hujus Sacramenti per Christum factam. 2. ad testimonium Pauli. 3. Citant verba Irenæi, scriptoris antiquissimi. 4. provocant ad Confessionem & Apologiam Principum.

§5. Formalia autem ejusdem, in originali propria Lutheri manu scripto ac subscripto, & omnium utriusque partis Theologorum subscriptionibus confirmato, sic habent:

## F O R M U L A C O N C O R D I Æ.

*Audivimus Martinum Bucerum suam & ceterorum, qui cum eo ex civitatibus venerunt, sententiam de Sacramento corporis & sanguinis Christi hoc modo declarare.*

*Primò: Fatentur juxta verba Irenæi in hoc Sacramento duas*

B. 3.

res:



res esse, cœlestem & terrenam: sentiunt igitur & docent cum pane & vino verè & essentialiter præsens adesse, exhiberi & sumi corpus & sanguinem Christi. Et quamvis Transsubstantiationem improbant, nec sentiunt corpus Christi localiter in pane includi, vel alioqui corporaliter cum pane uniri extra sumptionem Sacramenti: tamen fatentur & sentiunt, Sacramentali unione, panem esse corpus Christi, hoc est, sentiunt & credunt, porrecto pane verè simul præsens esse, & verè porrigi corpus Christi. Nā extra usum & sumptionem, cum panis seponitur, & servatur in monstrantiis, aut in processionibus circumgestatur & ostenditur, sicut in papatu, ibi non sentiunt Christi corpus adesse.

Secundò: Sentiunt institutionem huius Sacramenti per Christum factam, efficacem esse in Ecclesia Christiana, nec positum esse in dignitate vel indignitate ministri, qui Sacramentum porrigit, vel illius qui accipit. Quare sicut Paulus dicit, etiam indignos Sacramentum manducare, ita sentiunt etiam indignis verè exhiberi corpus & sanguinem Christi, & indignos verè accipere, cum institutio & mandatum Christi Domini servatur. Sed tales accipiunt ad iudicium, sicut Paulus inquit, quia abutuntur Sacramento, cum sine vera pœnitentia, & sine fide accipiant.

Ideo enim institutum est, ut testetur gratiam & beneficia Christi sumentibus applicari, & verè corpori Christi inseri, & sanguine eius abluere eos, qui pœnitentiam verè agunt, & fide in Christum se consolantur.

Cum autem hoc tempore pauci nostrum convenerint, & ad ceteros etiam concionatores & magistratus utrinque referri hanc causam necesse sit: nondum concludere hanc Concordiam possumus, priusquam ad ceteros etiam retulerimus.

Cum autem hi omnes fateantur, se idem sentire & docere in omnibus articulis velle, quod in Confessione & Apologia Principum Evangelicorum expositum est: summopere cupimus & optamus,

mus,



mus, ut concordia erigatur. Quòd si cateri ab utraque parte hunc etiam articulum sibi placere ostendent: planè confidimus, firmam & durabilem concordiam inter nos constitutum iri.

56. In brevi hac formula præcipua controversiæ de Cœna Dominica capita nervosè deciduntur: qualia

1. De Materia Eucharistiæ.
2. De unione Sacramentali.
3. De forma Cœnæ Dominicæ.
4. De institutionis efficacia & dignitate hujus Sacramenti.
5. De manducatione indignorum. Et Deniq;
6. De fine & usu salutari hujus Sacramenti. De singulis agendum erit nobis pressius, & adversariorum in iisdem *φρωναίαι* prosternendæ fortiùs.

### I. DE MATERIA COENÆ DOMINICÆ.

57. Materia Cœnæ Dominicæ (quam prisco nomine Eucharistiam, à fine propter gratiarum actionem, auctores concordie indigitant) est duplex: Altera terrena, panis & vinum: Altera cœlestis, corpus, & sanguis Christi.

58. Exprimunt eandem non suis, sed Irenæi verbis, dum cōfitentur Eucharistiam constare duabus rebus, terrena, & cœlesti.

59. Verba Irenæi ex l. 4. c. 34. hæc sunt: *Quemadmodum qui est à terra panis, percipiens vocationem Dei, jam non est communis panis, sed Eucharistia, duabus rebus constans, terrenâ & cœlesti: sic & corpora nostra percipientia Eucharistiam, jam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia.*

60. Quibus verbis duo præcipuè de SS. cœnâ Irenæus exprimit: 1. Materiam ex qua constet. 2. Causam efficientem, unde constet: annexo ejusdem fine & effectu.

61. *Materia*, ex qua constat, non est una, sed duplex: 1. *Res terrena*, quæ est verus, genuinus & naturalis panis; verum similiter ac naturale vinū, quod sit fructus vitis, & ex uvis expressum, *Matth. 26. 29 Luc. 22. 18.* 2. *Res cœlestis*, quæ est verum illud & naturale corpus Christi, pro nobis in mortem traditum; Similiter verus & naturalis sanguis Christi, qui in remissionem peccatorum nostrorum in ara crucis effusus est, *Matth. 26. 28.* Quæ duo concurrunt ad con-



ad constituendum unum σύνολον ( integrum ) Eucharistiam scil. seu θεοφην εὐχαριστήσεων, veluti Justinus Martyr loquitur.

62. *Causa efficiens* unde constat, est vocatio Dei, qui vocat ea, quæ non sunt, ut sint, *Roman. 4.* Quam vocationem nos hic ad verba Christi referimus, qui porrecto pane dicens, Accipite, comedite, hoc est corpus meum; hac sua vocatione vel nominatione Eucharistiam constituit, constantem duabus rebus, &c.

63. Assertio hæc Irenæi ejusdemque interpretatio ad amissim consentit 1. institutioni Christi. 2. repetitioni Pauli. 3. purioris antiquitatis declarationi.

64. In Christi institutione & Pauli repetitione exsertis verbis, tam res cœlestis, quàm terrena exprimitur: Ubi porrecto pane benedicto dicitur: Edite hoc est corpus meum: & porrecto benedicto calice ( sive vino in calice ) Bibite, hoc est sanguis meus. *Confer Matth. 26. 27. Marc. 14. 23. Luc. 22. 19. 1. Cor. 11. 26. & 27.*

65. Ac proin, *Hoc est quod dicimus, & modis omnibus approbare contendimus, Sacramentum hoc duobus confici, duobus cōstare; Visibili Elementorū ( panis & vini ) specie, & invisibili Domini nostri Jesu Christi carne & sanguine, Aug. in sent. Prosp.*

66. Et sic tria in Sacramento altaris attendere debes: speciem panis; veritatem carnis, & virtutem gratiæ spiritualis. Quod videmus, species ( non inanis sive vacua, sed solida ) est panis & vini: Quod autem sub illa credimus, verum corpus est, & verus sanguis Christi, quod pependit in cruce, & qui fluxit de latere, Bernhard. in serm. de cœn. Domin.

67. Verè ergo confessores nostri, juxta hanc Irenæi sententiam, institutioni Christi & orthodoxæ antiquitati consentaneam, sentiunt & docent cum pane & vino verè & essentialiter, presens adesse, exhiberi & sumi corpus & sanguinem Christi.

68. Quibus verbis, numero paucis, ex Augustanæ Confess. Apologia repetitis, multa accuratè & nervosè dicuntur. 1. in cœna non esse merum & nudum panem & vinum ( tanquam rem terrenam ) sed & simul corpus & sanguinem Christi ( tanquam rem cœlestem. ) 2. Panem & vinum Cœnæ Dominicæ non esse significativum, signum, memoriale, χέσιν, absentis corporis & sanguinis Christi: sed corpus & sanguinem Christi adesse. 3. Corpus & sanguinem  
non



non solum adesse, sed & exhiberi & sumi. 4. Panem non aliam manducatione sumi, ore scilicet & alia manducatione corpus, fide nimirum; sed una manducatione *cum* pane sumi corpus, &c. 5. Corpus & sanguinem adesse, exhiberi & sumi, non spiritualiter, neque secundum virtutem, efficaciam, ἐνεργείαν sive operationem, sed *verè & essentialiter* sive *substantialiter*.

69. Utuntur autem particula *cum*, 1. ut commentum transubstantiationis excludant. 2. veram & substantialem παρουσία corporis & sanguinis Christi in cœna eò commodius exprimant. 3. ad SS. Patrum imitationem, quos non solum hac ipsa sed & IN, SUB & æquipollentibus aliis usos fuisse nôrant. Ipsis autem satis fuit unica particula *cum*, qua Apologia etiam (ipsa verò Confessio Augustana Germanica particula SUB) utitur, vim vocabuli ἡγιωσίας exprimere: sicut & particulis *verè & essentialiter* veram & realem corporis & sanguinis Christi in S. Cœna præsentiam & sumptionem declarare.

70. Atqui hæc sententia, quæ ipsa divina veritas, ut *verè γνησίως* est Lutherana; ita Bucerus & collegæ aperta ejusdem ac sincerâ confessione Luthero sese adjungunt, à Zwinglio v. & confortibus ex professo secedunt.

71. Et cur non? Agnoscunt equidem Zwingliani in communi rem terrenam in cœna, panem puta & vinum: & hæcenus nobis cum illis disceptatio non est, si illos duntaxat exceperis, qui analogicum panem, & vinum adhiberi posse, contra disertam Christi institutionem, quam nulla ratio evertere potest, opinantur. At de re cœlesti, discrepantes δὲς διὰ παύων inter nos controvertuntur sententiæ.

72. Sunt enim ex iisdem alii, quibus res terrena, & cœlestis res est eadem: qui quidē, panis ἄρτος tantum & relatione, diversum quid fieri comminiscuntur; terrenæ scilicet rei nomen ei competere, quatenus è terra est: cœlestis verò quatenus cum gratiarum actione benedicatur seu sanctificatur. Alii cœlestem rem συμβολικὴν significationem esse cõtendunt. Alii de communicatione meritorum Christi interpretantur. Alii esse ἅμα simul tempore imaginantur, non secus ac tradito pignore, seu arrha alicujus rei, res ipsa tradi simul consuevit. Alii licet Eucharistiam duabus constare rebus inficiari salva conscientia nequeant: duas tamen illas res contendunt à se invicem



disjunctissimas esse ( tanto scil. intervallo, quanto cœli sunt altissimi ab infima terra ) nec in uno eodemq; loco subsistere: sed quia altera terrena, altera cœlestis sit, idcirco panē in terra, corpus verò Christi in certo aliquo cœli loco subsistere inibi que quæri. Quo nomine & res cœlestis, quod in cœlo sit, atq; invisibilis, eò quod visus noster eò non pertingere possit, vocetur. In cœna autem percipi, illam ore terreno, hanc spirituali, id est fide, &c. Alii denique aliter secundum suaves rationis humanæ speculationes speciosè satis, sed tamen falsè nimis interpretantur.

73. Verum enim verò imaginatio isthæc *ἡλικὴ καὶ ἀναλογικὴ*, institutioni r. Christi & repetitioni Paulinæ è diametro contraria, quæ non è rationis Schola allegoriis vanè obscuranda, sed è Spiritus sancti officina *ἡ ἁγίας* sensum genuinum explicanda. 2. Distrahit quæ Christus cōjunxit: qua ratione panis cœnæ terrenæ percipiens vocationem Dei non erit *τροφὴ εὐχαριστίας*, sed merus panis ore perceptus & comestus. 3. E cœna una integra, geminam efficit, cujus pars altera celebretur in terra, altera in cœlis. 4. Nihil reale in Eucharistia, sed merum respectum, & ut verè dicam, *φάντασμα* merum ponit. 5. Irenæo purioris antiquitatis Patri vetustissimo, in faciem contradicit.

74. Quid enim Irenæus noster? 1. De rebus loquitur, non de entibus rationis. 2. De Rebus terrenis & cœlestibus loquitur! at res terrena si verè res dici & esse debeat, substantia sit necesse erit: pari E. lege & res cœlestis, substantia sit necesse fuerit. 3. De rebus præsentibus loquitur: Eucharistiam enim *duabus* rebus, atq; ad eò etiam cœlesti *constare* ait: adesse E. & eam vult, non abesse: cum nihil ex eo, quod in ipso non est, constare dicatur: symbolica contra significatio rem procul abesse patiatur. 4. Expressis verbis de corpore & sanguine Christi loquitur, Qui E. per rem cœlestem meritum Christi intelligere possit? 5. De corporibus nostris loquitur; *Corpora nostra*, inquit, *percipientia Eucharistiam*, (in qua utique & res cœlestis, corpus scil. & sanguis Christi) non dicit, Fides nostra: Corpus ergò Christi ore corporeo percipi Irenæus verè astruit. 6. De corporum nostrorum resuscitatione, ex perceptione Eucharistias dependente, loquitur. At quorsum tantoperè ad resurrectionem probandam, urgere Eucharistiam opus fuisset, si corpora nostra Eucharistiam



ristiam non perciperent? Satis enim fuisset dicere, Christum perfidem apprehensum, animas & corpora nostra vivificaturum esse.

75. Nobis hinc placet illud Leonis: *Hoc ore sumitur, quod Serm. 6. de FIDE creditur: & frustra ab illis AMEN respondeitur, à quibus contra jejuni- id, quod accipitur, disputatur.*

76. Sed transeant hæc Analogicorum *χρηκὰ, σημειτικὰ, ἐνεργητικὰ, τεσπολογικὰ*, & otiosæ rationis humanæ figmenta alia, cum- que fide ipsorum in cælum subvolante aërem verberent: minutio- ra nobis è verborum *κυβείαις* resultantia obiter profliganda restant objecta.

77. E particulis CUM, IN, & SUB, mirum est quàm horrē- da *συνεξίας, ἐνοπέξεως*, coexistentiæ & consubstantiationis monstra sculpant: indéque Synusiastæ nos & consubstantiatores absq; pro- pudio proclamant. At mera hæc sunt calumniarum portenta, ab il- lis, qui doctrinæ nostræ malè sunt propitii, præter omne meritum nobis afficta.

78. Quasi verò ita insaniamus ut opinemur corpus Christi ita esse *cum* pane, sicut butyrum in similaginem illitum cum pane es- se dicitur: Aut *sub* pane, sicut cum saccharo circumfallo est condi- mentum, aut sub opertorio assatum: Aut *In* pane, ut vinum in can- tharo aut unguentum in pyxide; Quæ omnia dicuntur *καὶ ἐνθεσιν*, sive *καὶ σύνθεσιν*, sive *καὶ ἐνθεσιν*, sive alia quacunque locali, naturali vel artificiali ratione.

79. Et si autem non libeat nobis *λογομαχεῖν*, aut de vocabu- *In Confess. Major. Tom. 3. Jen. 439.* lis litigare: imò parati cum Luthero simus eadem prorsus, si de re ipsa sit consensus, omittere: Si tamen in doctrina nulla est *ὁμόνοια*, sed periculosa potius, per fucatam vocum quarundam absurdarum, ni- hil tamen absurditatis in sano sensu habentium, accusationem, fraudem ei struitur: tum profectò ea quæ *ὀρθοδοξίαν* declarant, *ἐπεροδοξίαν* de- nudant, & lubricos serpentes captivant, abjicere nec debemus, nec volumus, nec possumus.

80. *Πολυθύλητον*, sed tamen ob elench. test. & phras. pueri- le est, quod è cantione Lutheri Eucharistica nobis obijciunt: *Ber- borgen im Brot so klein*. Hinc namque Lutherum corpus tam exi- guum in vel sub pane latere sensisse & scripsisse arguunt. Ubi verò Lutherus unquam hoc scripsit, *In pane, tam Exiguo* corpus Christi



LATERE? ubi scripsit *Corpus Exiguum* in pane latere? 2. τὸ *verborgett* / accipitur hîc adverbialiter, non verbaliter, ut sensus sit, *verborgener* / *wenß* / cùm in mysterio nobis impervestigabili & abscondito, cum parva panis particula ipsam corpus Christi mysticè exhibeatur & sumatur. Quæ est omnium Ecclesiarum *γνησίως* Augustanæ Confessioni subscribentium de hoc Cantico pia & vera sententia. Quam Calviniani contra mentem viri Dei, imò ipsius Christi, in sensum figuratum & tropicum pro suo lubitu malè commutant.

81. Parisitivillitii est alterum, quoddè figura Christi crucifixi hostiis nostris impressa, calumniatores nostri nos parvi corpusculi Christi delitescentiam sub pane superstitiosè credere, turpi cavillo evomunt. Libera enim hæc est figura, antiqua Ecclesiæ consuetudine adhibita, non ad superstitiosam corpusculi Christi delitescentiam exprimendam. An verò non satius esset mihi ad sacram Synaxim accedenti figuram Christi crucifixi objlci, quàm insignia principis cujusdam Calviniani, quæ pani Eucharistico impressa esse non pauciorunt? Taceo alia.

82. Quâ vero integritate ADVERBIA VERE & ESSENTIALITER in Concordia expressa, tractent, illis, quibus cor & frons hominum istorum perspecta, cognitum est. Multi inde naturalem, corporalem & carnalem præsentiam rationem nobis affricant: alii nō illubenter eadem amplectuntur, sed tamen ad suam opinionem nō citra dolum detorquent: De quo insigne extat exemplum Bezae & sociorum in Hist. A. C. pag. 496. ejusque excusatione, pag. 503. & in Epist. ipsius 65. de Synodo Rupellana. Ab initio verò non erat sic, ubi adverbium VERE haud quidem gravatè à Zwinglianis admittebatur: Sed τὸ SUBSTANTIALITER prorsum explodebatur, referente Erhardo Schnepfio in confessione suâ de Eucharistiâ, non procul ab initio, ubi & causam exponit, ob quam in Articulo 10. Aug. Confess. positum solùm adverbium VERE: in Apologia verò adjunctum fuerit τὸ SUBSTANTIALITER.

83. Quorsum autem attinet verbotenus præsentiam substantialem profiteri, re ipsâ verò, cùm ad explicationem perventum fuerit, de merè spirituali, *εἰρηγενικῆ, χειρικῆ, ἀναλογικῆ*, vel Platonica contemplatione interpretari? Quid prodest *ὁμοφωνία*, ubi nulla subest *ὁμοδοξία*? *Utinam*, optabat quondam B. Hieronymus, *serpentina genera-*

In Epist. ad  
Pammach. &  
Marcell.



generatio aut simpliciter nostra fateatur, aut constanter defendat sua, ut scire valeamus, qui nobis amandi sint, qui cavendi! At, sic sententiam temperant, ut nec simplicibus displiceant, nec suos offendant. Id. ibid.

84. Atque hæc de primo Concordiæ membro nempè Materia Cœnæ Dominicæ. Sequitur

II. DE UNIONE REI TERRENÆ ET COELESTIS, quæ vulgò dicitur Sacramentalis.

85. Afferit Concordia in Eucharistia esse revera simul res duas, terrenam & cœlestem, & inde cum pane & vino verè & substantialiter præsens adesse corpus Christi & sanguinem: Oportet ergo necessariò res istas duas panem & corpus, vinum & sanguinem, pro ratione Sacramenti unitas esse, nempè sacramentaliter. Et sic unio earundem erit Sacramentalis.

86. Est autem unio Sacramentalis vera & realis panis & corporis Christi, itémque vini & sanguinis Christi conjunctio, verbo veracis & omnipotentis Christi facta, ut sit unum sacramentum: & pane hoc manducato, verè & in mysterio manducetur corpus Christi, & hausto hoc vino, verè etiam bibatur sanguis Christi.

87. Hanc ipsam exprimit Concordia nostra, ratione duplici: prior est κατ' ἀρχὴν ὑποστατική, καὶ ὑποκειμένη, continens ἀφαιρέσιν καὶ ὑποθέσιν τῆς ψευδοδοξίας, eamque triplicem: Negat enim dilertè & rejicit tria, quorum. 1. Transsubstantiatio corporis Christi in panem. 2. Localis inclusio in pane. 3. Durabilis extra usum conjunctio cum pane: quæ hæctenus D. Luthero ipsique Augustanæ Confessioni & Apologiæ, ab adversa parte imputata fuerant; sed tamen præter omne meritum, quippe jam dudum à Luthero, etiam decennio ante exhibitam Augustanam Confessionem explosa.

88. Mira igitur Hospiniani vertigo est, ἀναιδουμόως blaterantis, Lutherum discessisse à prioribus suis scriptis Polemicis, eò, quod rejecerit Transsubstantiationem & localem inclusionem, contraque docuerit sacramentalem unionem. Utrumque enim falsissimum est, quum & hanc longè antè Concordiam hanc initam inculcarit, & illam utramque repudiarit.

89. Transsubstantiationem rejecit, in libro de captiv. Babylon. ab Anno 20. ubi nominat portentosum vocabulum, & somnium, nec

Hist. Sacram.  
p. 2. fol. 1588.

§. quarto.

Vide Confess.

Major. Tom. 3.

len. fol. 485.

Histor. A. C.

p. 104.



Vide Hist. A.  
G. Anno 30.  
p. 152.

non inter *Metaphysicas nugas Sententiariorum* refert. In libro cont. Reg. Angliæ præter quàm plurima, quæ profert testimonia, nominat *merissimum impiorum & cæcorum Thomistarum figmentum*. Quid quod 2. longè ante comicia Augustana Transsubstantiatio totis finibus Ecclesiarum Lutheranarum exterminata? Et quidem, 3. unanimiti consensu Lutheri & Brentii impugnata & proscripita: id quod luculentissimè patet è syngrammate Suevico contra Oecolampadium Anno 25. exarato. Nec 4. hujus erroris vel unico etiam verbulo Theologi nostri in toto Colloquio Marpurgensi à Zwinglio & sociis infimulati? Quo de videatur, Reverendus Dn. D. Hunnius p. m. meus in Theologicis Præceptor primus, in præfat. lib. de Sacram. ubi & illa refutata, ex quibus nota hujus portentæ Augustanæ Confessioni ejusque Apologiæ Inuritur. Quam tamen Concordiæ nostræ subscriptores evidenter elidunt, dum in *omnibus* articulis, juxta utramq; illam se sentire & docere velle profitentur omnes. At manifesta hæc esset contradictio, si vera esset adversariorum accusatio.

Vid. præfat.  
Dn. D.  
Hunnii.

Vide Epist. ad  
Comand. Hist.  
A. C. p. 351.

90. Sed & de *ἁποδοῦζε* localis inclusionis non minus illustria extant in scriptis Lutheri polemicis loca. In minori siquidem confessione, Cinglius, ait, *Marpurgi prolixè mecum & absurdè locutus est de locali inclusione quòd corpus Christi non possit esse in cæna: Quasi doceremus corpus Christi esse in pane sicut vinum in dolio, aut stramen in sacco, vel sicut pecunia in loculo*, quo simili in lib. Quòd verba Christi immota perstent, utitur. Quid quod ipse Bucerus toties in scriptis & epistolis suis hoc nomine Lutherum excusavit, factam ei à se & suis injuriam: item, adscripsisse ei sententiam in qua ille nunquam fuerit, quod ipsum in transactione Concordiæ factus est, teste D. Ludovico Rebo, in *Hist. A. C. p. 311.* id quod nec ipse Hospinianus, seipsum denuo ipsemet refutans, reticere potuit *fol. 146. b. §. ex eo autem.*

91. Pari ratione repudiata à Luthero fuit durabilis conjunctio corporis Christi cum pane, extra usum Sacramenti, cum à Papistis asservatur in pyxide, aut ostenditur in processibus, ut videre est ex *alleg. lib. de capt. Babyl. è lib. de Missa. privat. Anno 21. & ex Epistola de lib. isto, Anno 34.* ex quibus præcipua argumenta de prompta extant in *Refutat. tractatus hist. Peucer. à Facult. Theolog. Wittenbergensi edita. c. 7. f. 48. & seqq.*

92. Hic



92. Hic si quæras. Quando ergo unio ista Sacramentalis panis & corporis Christi, vini & sanguinis Christi incipiat & quamdiu duret? Breviter resp. Incipere juxta promissionem & mandatū Christi in ipsa Sacramentali actione & usu, qui benedicendo, distribuendo, manducando, & bibendo, perficitur: quo absoluto esse desinit. Unitum enim corpus Christi pani Sacramentaliter, non propter panem, sed propter hominem, ut ille scil. mediante pane & vino corpore & sanguine Christi pascatur. Quo fine obtento: & perfectionem suam unio obtinuit, & officio suo defuncta fuit. Constans est enim B. Lutheri regula: *Sacramenta extra usum (usurpationem) vel actionem diuinitus institutam non sunt Sacramenta.*

93. Posterior ratio in concordia nostra proposita est *ἡ ἑξ ἑκείνων*, de unione Sacramentali, cujus descriptionem his verbis Auctores ejusdem exprimunt: *Fatentur & sentiunt Sacramentali unione panem esse corpus Christi, hoc est sentiunt & credunt porrecto pane verè simul præsens esse, & verè porrigi corpus Christi.*

94. Hanc descriptionem ita declaravit Bucerus: *Ne videamur non satis plenè agnoscere Sacramentum hoc esse cōmunionem corporis & sanguinis Domini, ut illud Paulus vocat: & verba Domini, Accipite manducate, Hoc est corpus meum, solide credere; unionem & exhibitionem Sacramentalem voluimus iterum solide exprimere: Unde dicitur positum est: porrecto pane, verè porrigi corpus Domini: & ideo dicitur panem hunc esse corpus Domini. Dicente namq; Domino cum panem præberet: Accipite & manducate, hoc est corpus meum, clarissime patet, iussisse eum à se accipere cum pane & manducare etiam corpus suum, ipsum & verum, non figuram ejus aut procul absentis corporis imaginē tantum siue significationem. Addit enim. Quod pro vobis traditur. Ergo verè corpus Domini præbetur & accipitur.*

95. Desumpta verò eadem est, i. e. verbis Christi affirmantis porrecto pane benedicto: Edite hoc est corpus meum: & porrecto calice benedicto: Bibite hoc est sanguis meus. Quæ verba ipso sono demonstrant hæc duo, panem & corpus: Vinum & sanguinem unà esse & dari ad manducandum & bibendum. Dixit qui *θεὸς ὁ ἀληθινός*: Dixit qui veritas est: Dixit cujus dicere est facere. Hic qui non credit ipsum veracem esse, sicut dixit, is excidit à gratiâ & salutē, *Epiphanius in Ancorat.* Verbis ejus defraudari non possumus: Sensus verò noster

Vide Hist. A.

C. in declarat.

concord. Ar-

gentina facta

f. 289. Pezel.

p. 8. Arg. Phi-

lip. f. 246. §.

Negamus.

Conf. Retract.

Bucer. Hist. A.

C. f. 292.

Epiphanius in

Ancorat.



Homil. 83. in  
Matth.  
In serm. de  
Cœna.

noster deceptu facilimus est, *Chryf.* At, veritas ab erroneis hominibus deprehendi non potest, *Cyprian.*

96. Confirmatur 2. è dicto Apostolico 1. Cor. 10. ubi panis & calix distributus *κοινωνία* corporis & sanguinis Christi, sine ullo communicantium respectu, dicitur. Non autem est *κοινωνία*, ubi nulla est conjunctio, sive unio; quã ipse Apostolus explicat per *μετοχήν*, *vers.* 21. & eadem etiam ex eodem Apologia August. Confessionis utitur. Ac proinde *κοινωνία* non est efficacia aut fructus mortis Christi, aut jus aliquod percipiendi corpus Christi, sed participatio ipsius corporis & sanguinis Christi.

Vide Funda-  
ment. S. Cœna  
D. Chemnitii  
cap. 10. sect. 1.  
2. 3.

97. Probatur 3. communi veteris Ecclesiæ Dd. suffragio, qui toties unionem Sacramentalem comprobant, quoties 1. corpus Christi cum pane, & sanguinem Christi cum vino exhiberi & sumi affirmant: cum particula *cum* indubitata conjunctionis & unionis nota sit. Quoties 2. eam cum mysterio unionis personalis comparant. Quemadmodum enim duarum naturarum unione in Christo unum est *ὁφιστάμενον*: ita & hic duarum rerum, terrenæ scil. & cœlestis, copulatione, unum est Sacramentum. Quoties 3. *μυστήριον* eandem appellant, *μυστήριον* itē *φοβερόν, ἀπόρητον, θεότατον, θαυμαστόν, καὶ ἀγνόημενον*, quod ratione & sensu comprehendi non possit, in quo naturæ ordo non sit quærendus. Quale verò mysterium *φοβερόν καὶ ἀπόρητον*, si solus panis dicatur in cœna adesse & ore sumi: Corpus verò abesse, & significativè tantum percipi?

98. His præsuppositis veritas propositionum harum constat, *Panis est corpus Christi: Vinum est sanguis Christi*: nempe Sacramentaliter, h. e. panis est symbolum sive medium *μετέδοπικόν*, cū quo exhibetur corpus Christi: & vinum est symbolum sive medium, cum quo exhibetur sanguis Christi.

99. Ubi obiter notamus; propositiones has *καὶ τὸ ἔρητον* non esse ipsius Christi sive scripturæ; sed ab Ecclesiæ doctoribus usurpatas. Esse autem propositiones Sacraméntales, & pro ratione & modo Sacramenti accipiendas; & sic explicandas, ut earum sententia per omnia conveniat cum verbis ipsius Christi, & Pauli. Ac proin nihil facit ipsarum vel Logicum vel Rhetoricum sive Tropicum examen ad veram verborum Christi sententiam eruendam.

100. Atq; hæc etiam genuina secundi membri Concordiæ explica-



explicatio est, institutioni Christi, repetitioni Paulinæ & orthodoxæ antiquitati consentanea, adeoque verè γνησίως Lutherana: Quam cum Bucerus & collegæ sincerè confiteantur, Luthero iterum accedunt, à Zwinglio verò & consortibus ex professo secedunt.

101. Et cur non? Agnoscunt equidem Zwingliani unionem Sacramentalem inter panem & corpus, sed merè *σημαστικὴν*, id est, significativam seu relativam, quæ tota in eo posita, quod ex divina ordinatione, verbo Sacramentali declarata, res istæ mutuo respectu reciproca inter se relatione unum quiddam sint, nempe analogia seu proportione, quomodo explicat Bucanus *de cæna Domini quest. 86. & 88.* vel, ut quàm verè signa præbentur, tam verè res Sacramentaliter significatæ donentur, quomodo explanat Beza *resp. alt. p. 184.* ubi negat modum unionis Sacramentalis esse mysticum; facilem autem planum & naturali intelligentiæ nostræ perspicuum, (nempe significativum) affirmat. Quin imò non magis miraculosum & ineffabile quippiam esse Bucanus asserit *quest. 72.* quàm cum ex communi cera sit authenticum publici instrumenti sigillum: nisi quod illa divina est, & divinarum rerum causa: hæc verò humana, &c. Atq; sic in cõmuni docent Sacramentalem unionem nihil aliud esse, quàm efficacem aliquam significationem.

Vid. Pet. Martyr. Disput. Oxoniens. p. 7.

102. Nihil hîc audis mysticum, nihil *θαυμαστὸν* nihil *ἀπίστευτον*, nihil *ἀκατάληπτον*, nihil *ἀγνοούμενον*, tibi omnia tam plana & facilia, naturali intelligentiæ perspicua, cum cera & sigillo bellè cõvenientia, & ad captum rationis humanæ affabrè composita.

103. At nobis hîc potius est, cum Augustino *cautam ignorantiam confiteri, quàm falsam scientiam profiteri.* Ideoque cum concordia nostra simpliciter unionem Sacramentalem confitemur, & ex verbis Christi quid sit, definimus: Qualis verò sit, seu modum ejus definire, cum eadem non præsumimus. Verè hîc adversus *φαντασίας λογικὰς* sive rationis in hoc mysterio imaginationes Bucerus, Ratio & mens nostra, ait, *etiam fide imbuta hanc Christi in Sacramentis exhibitionem, quid in se sit, non potest cognoscere: Sicut nec quid sit nostri in eum initiatio, nec quid sit verbi incarnatio & quid sit anime nostre cum corpore communicatio satis cognoscimus. Et fide mentis & sermone Confessionis ac doctrine credo, sentio, confiteor, prædico: In sacra cæna cū pane & vino, quæ signa exhibitiva sunt, sicut erat status oris Domini, quo tradidit discipulis*

Epist. 78.

In Confess. propos. de Eucharist. ex Tomo Anglic. Histor. A. C. p. 392.

D

suis



*suus Spiritum sanctum, dari & percipi corpus & sanguinem Christi. Cōfer cum his quæ idem Bucerus scripsit Epist. ad Comandrū in defens. 3. D. Pappi contra Sturmium p. 127. & 128. item in Epist. ad Brentium, cuius originale Bebenhusii extare testatur Pappus defens. 2. contra Sturm. pagina 52.*

104. His de unione Sacramentali præsuppositis, tertium Concordiæ membrum dijudicari potest facile.

### III. DE FORMA COENÆ DOMINICÆ SIVE manducatione & bibitione Sacramentali.

105. Afferit Concordia 1. cum pane & vino non solum verè & essentialiter præsens adesse, sed & exhiberi & sumi corpus & sanguinem Christi. 2. Porrecto pane verè simul porrigi corpus Christi. Unde è natura relativorum iterum innuit verè etiam sumi, hoc est, manducari corpus Christi, &c.

106. Atq; sic formam Cœnæ Dominicæ nobis describit, quæ est benedicti ac distributi panis & corporis Christi, itémque vini & sanguinis Christi manducatio, & bibitio: juxta verba institutionis: Edite, hoc est corpus meum: Bibite, hoc est sanguis meus.

107. Itaq; non consistit 1. in sola manducatione panis: neq; 2. in sola bibitione vini: neq; 3. in manducatione panis, & bibitione vini: hæc enim esset manducatio, & bibitio merè naturalis: neq; 4. in manducatione solius corporis Christi: neq; 5. in bibitione solius sanguinis Christi. Hæc enim esset manducatio & bibitio vel merè Capernaitica (quam rejicimus) vel merè spiritualis. Sed 6. in manducatione panis & corporis, & bibitione vini & sanguinis Christi: Quia panis benedictus, qui manducatur, est *equivale* corporis Christi, & vinum quod bibitur, est communicatio sanguinis Christi, 1. Corinth. 10.

108. Unde constat unicam esse, ac proinde indivisam manducationem & bibitionem Sacramentalem, qua scilicet in unico & indivulso Sacramento, vi institutionis Christi, panis & corpus Christi simul ore manducantur, & vinum & sanguis Christi simul ore bibuntur mysticè, per & propter unionem Sacramentalem.

109. Versatur autem hæc manducatio Sacramentalis per se & immediatè circa panem, qui naturaliter est objectum proprium mandu-



manducationis: & circa vinum, quod naturaliter est objectum proprium bibitionis. Per & propter unionem verò Sacramentalem versatur circa corpus Christi, pani Sacramentaliter unitum, & circa sanguinem Christi, vino Sacramentaliter unitum. Unde consequenter uno & eodem instrumento, ORE scilicet totum Sacramentum sumitur.

110. Hoc ipso verò Concordia proscribit ac rejicit omnes illos, qui totum illud, quod de perceptione corporis Christi dicitur, de sola ac mera spirituali manducatione corporis Christi intelligendum esse contendunt. Formula enim dicit: *Cum pane & vino verè & substantialiter adesse, exhiberi & sumi corpus & sanguinem Christi: Panis autem & vinum cœnæ, adest, exhibetur & sumitur non in cœlis, sed hic apud nos in terris, in Ecclesia Christi, ut rectè nostri collegèrunt in Histor. A. C. p. 284. §. Nono.*

111. Quin etiam ipse Bucerus cū suis in ipsa Concordiæ actione disertè professus est, de orali manducatione sententiam ipsorum esse eandem cum ea, quam Lutherus in tractatu de prædicatione identica expresserit. Veluti è Tomo Anglicano refertur in Histor. A. C. pag. 304. §. de orali, &c. Unde Lutherus adhuc, inquiebat, *propius acceditis asseverando mecum, corpus Christi sumi etiam ore eorum, quibus offertur, &c.* teste Myconio in *Epist. ad Vit. Theod.*

Vide Hist. A.  
C. p. 273.

112. Ineptus est ergo Hospinianus dum negat extare in Concordia manducationem oralem *fol. 145. §. in hac formula, & fol. 148. §. Hec igitur.* Unio enim Sacramentalis in eadem sic descripta est, ut necessariò etiam manducationem oralem comprehendat, licet *ἡ λέξις* non exprimat; nisi fortasse concedere velit Hospinianus definitionem & negare definitum.

113. Sic igitur & hoc Concordiæ membro institutioni Christi & repetitioni Paulinæ ad amissim consentaneo adeoque verè *γνησίως* Lutherano, Bucerus & collegæ Luthero iterum accedunt, à Zwinglio v. & consortibus ex professo secedunt.

114. Et cur non? Zwingliani namq; i. hanc nostram de Sacramentali corporis Christi māducatione doctrinam in Concordia è verbis institutionis traditam, ad orcum relegant, *κρεωφαγίαν, αἰμαποποσίαν*, lanienam Capernaiticā, corporalem masticationem indigunt, & nescio quorum portentorum aliorum inde deductorum nos insimulant.



115. At Diabolica sunt hæc *μυστηριομάχων* figmenta, è mera calumniandi libidine eructata. Nos I. mysterium hîc agnoscimus *ἀπόρρητον καὶ ἀγνοούμενον*, ac proinde pia simplicitate veraci & omnipotenti Domino reverenter credimus, etiam si modum ignoramus; 2. Capernaiticam lanienam toto corde detestamur, quæ absque medio, naturali & crassa masticatione absolvitur: Sacramentalem autè manducationem piè veneramus, quæ mediante pane mysticè, modo cœlesti & incomprehensibili perficitur. Ratio hîc si contradicit, intra piæ modestiæ limites nos continemus, rationi verbum institutionis opponimus, & in eodem toti ac tuti acquiescimus. 3. Lutherus *corporalem manducationem* in Catechesi minori nominat, at nuspiã naturalem masticationem corporis Christi probat. Corporalis igitur ab eo dicitur manducatio, non ob modum manducationis, sed ob veritatem subjecti, quod scil. ipsum verum corpus Christi, & nō tantum figura sive signum corporis absentis comedatur. 4. Absurda quæ hinc necunt, quasi scilicet nefas sit corpus Christi intrare in os, masticari dentibus, ventriculo ingeri, digeri, abs. mi, deglutiri, &c. nos non feriunt. *Ἀσυνλογίως* enim à Capernaitica sive naturali manducatione ad Sacramentalem applicantur. Ideoque 2. nec naturaliter, sed sacramentaliter sive mysticè manducatur. *Assumentem non concisus, non confractus, nec divisus, integer accipitur: Nec sumptus absuntur.* verè dixerunt veteres.

116. II. Unicam ac indivisam manducationem & bibitionem Sacramentalem in geminam dispescunt, differentem. 1. objecto. 2. instrumento. 3. loco. 4. modo: dum affirmant (1.) panem & vinum (2.) accipi ore. (3.) in his terris (4.) corporaliter: (1.) corpus autem & sanguinem, (2.) accipi sola fide, (3.) in cœlis, (4.) spiritualiter. Et sic nullam omninò agnoscunt manducationem præter naturalem & spiritualem. Quin imò manducationem Sacramentalem quam in S. Cœnæ institutione Christus descripsit, esse eam ipsam, quæ Joh. 6. cap. definiatur, absq; fonte & fronte scribunt: Cùm tamen necessarium inter utramq; discrimen esse constet 1. *Ex diversitate temporis*, quia concio Joh. 6. integrum annum institutionem cœnæ Domini cæ antecessit. 2. *Ex diversitate loci*, quia illa Capernaumi habitata: hæc Hierosolymis instituta. 3. *Ex diversitate symbolorum panis & vini*, quæ in hac sola, non in illa habentur. 4. *Ex diversitate distinctorum actuum* manducationis.



manducandi & bibendi, qui in hac sola, non in illa attenduntur. 5. Ex diversitate significationis vocabulorum manducare & bibere, quæ in hac propriè, in illa impropiè accipiuntur. 6. Ex diversitate instrumenti, quale in hac est os, in illa est sola fides. 7. Ex diversitate Hospitum, quales in hac sunt digni & indigni: in illa non nisi digni. 8. Ex diversitate eventus: In hoc quidam manducant ad iudicium, in illa non item. 9. Ex diversitate obiectorum: hæc enim est solius N. T. propria: illa est omnium temporum. Quæ & alia manducationem sacræ Cœnæ propriam, non esse manducationem merè spirituales tam diu evincunt, donec adversarii contrarium probabunt, quod non nisi ad Calendas Græcas poterunt.

117. III. Nonnulli ipsorum fidem formã sacræ cœnæ constituunt: sed αλόγως καὶ ἀπειδέτως. Cum 1. fides sumentis non det esse Sacramento. nec 2. Sacramentum ab aliis rebus distinguat. nec 3. in institutione ejusdem exprimat. Sed 4. spectet tantum salutare ejus usum: & 5. ad confirmationem fidei cœna scil. sit instituta. Verum de his in seq. Concordiæ membro Quarto agendum nobis erit pressius, quanquam brevioribus.

#### IV. DE INSTITUTIONIS COENÆ EFFICACIA & DIGNITATE.

118. Proponit id Concordia his verbis: *Sentiunt institutionem hujus Sacramenti per Christum factam esse efficacem in Ecclesia Christiana, nec positam esse in dignitate vel in indignitate ministri qui Sacramentum porrigit, vel illius qui accipit.*

119. Assertio hæc desumpta est ex re ipsa & institutione divina, cujus sanè veritas, uti minimè omnium dignitate, sanctimonia & fide hominum constituitur aut conficitur, sed ipso verbo Domini veraci & efficaci: ita vicissim integritas ejusdem indignitate, malitia, & infidelitate vel administrantium vel usurpantium non destruitur aut evertitur. Hominum enim incredulitas irritam Dei fidem non facit, *Roman. 3. 3.* sed si nos increduli sumus, ipse tamen fidelis manet, *2. Tim. 2. 13.*

120. Facit huc oppositè vulgatum illud B. Augustini αἰγιώμα: *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* Quod tam propriè & expressè dictum esse haud abs re iudicat D. Lutherus, hanc ipsam, quam

1. Cor. 11.

Tract. 81. in

Iohan.  
in Cateches.  
Major. c. de Sa-  
cram. altar.



quam nunc sub incude habemus, materiã tractans, ut vix aliud dixerit præclarius: ubi addit; propter persona indignitatem aut incredulitatem verbum non fit falsum aut irritum, per quod Sacramentum factum, & institutum est. Neq; enim dicit: Quando credideritis aut digni fueritis, tum corpus & sanguinem meum habebitis, sed Accipite, Edite, bibite, hoc est corpus meum, & sanguis meus.

121. Ex hoc Dei verbo, ex declaratione Paulina, & utriusq; Novi T. Sacramenti exemplo, deducta est perpetua illa Augustini contra Donatistas propugnata sententia: *Integrum esse Sacramentum, etiam si fides desit sumentium*: quæ merito nobis etiam debet esse évαυλῶς ἐν ᾧ Civ, ut loquitur Magnus ille Basilius.

L. 3. de baptis.  
cont. Donatist.  
c. 14.

122. De hac extant testimonia Augustini plurima in Theologorum subselliis *πλοθος ὁμοίων*. Nec interest, scribit, cum de Sacramenti integritate & sanctitate tractatur, quid credat aut quali fide imbutus sit ille, qui accipit Sacramentum. Interest quidem plurimum ad salutis viam, sed ad Sacramenti questionem nihil interest. Fieri enim potest, ut homo integrum habeat Sacramentum & perversam fidem. Et rursus: Quapropter manifestum est fieri posse, ut fide non integrâ, integrum quoq; maneat Sacramentum Baptismi. Et cap. 21. ejus libri disertè negat, Cornelium melius Sacramentum quam Simonem accepisse. Et lib. 5. cap. 8. Exemplum affert de integritate Sacramenti Eucharistici: Sicut Judas, cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, sed malè accipiendo, locum in se Diabolo prebuit: Sic indignè quisquis sumens Sacramentum, non efficit, ut quia ipse malus est, malum sit, aut quia non ad salutem accepit, nil acceperit. Corpus enim Domini & sanguis Domini nihilominus erat etiam illis, quibus dicebat Apostolus: Qui manducat indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Et rursus: Nam & Judas proditor bonum corpus, & Simon magus bonum baptisma Christi percepit: sed quia bono benè usi non sunt, mali malè utendo deleti sunt. Prætereo alia.

Contra Fulg.  
Donatist. l. 9.

Homil. de pro-  
dit. Iud.

123. Fundamentum hujus sententiæ est, verbum Dei. Neq; enim Christus sub conditione fidei dixit: si fidem attuleritis, comedetis meum corpus, sed simpliciter & ex æquo omnibus, tam Judæ quam Petro, (Nam & Judas presens erat ista Christo dicente: Iste est sanguis: & illius sacrificii communicationem meruit, asserente Chryost. è Luc. 22. 21. & Johan. 19. 2. 4. 10.) dixit: Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus. Et Apostolus dignos & indignos discernens eadem phrasè



phrafi utitur de utrisque, ubi de substantia cœnæ Dominicæ loquitur: diversa autem ubi de ejusdem fructu & effectu, 1. Cor. II. 26. 27.

124. Sic igitur & hoc Concordiæ mēbro verbis institutionis Christi ex asse cōsentaneo, adeoq; verè *ὑψίστως* Lutheranis, Bucerus & Collegæ iterum Luthero accedunt, à Zwinglio verò & confortibus ex professo secedant.

125. Et cur non? Contendunt namq; Zwingliani æstimandam esse integritatē Sacramenti ratione Dei offerentis seu exhibentis, hoc est, offerri quidem omnibus in cœna hac vescentibus dignis & indignis, non tantum externa symbola panis & vini; Sed simul etiam corpus & sanguinem Domini: non verò ab omnibus, sed à solis fidelibus recipi corpus & sanguinem Christi: unde Bucanus, *Ridicula est, inquit, hæc consecutio: Datur seu offertur corpus Christi. E. accipitur. Non accipitur. E. non datur.*

In fine quasi  
140. de Cœnæ  
Domin.

126. At ridicula mehercule exceptio, variis scatens vitiiis, 1. otiosa petitio principii est, 2. nefaria integri Sacramenti distractio, ejusdemq; ad fidem hominis (quæ tamen non efficit, ut Sacramentum sit, sed tantum ut profit) restrictio est, 3. Institutioni divinæ, quæ sola Sacramenti veritatem & integritatē constituit, è diametro contraria est: hæc enim non solum verba continet *μετέδοικα*, sed & *μετέληπικα*. Et quod Christus Apostolis exhibuit, illud ipsum omnes recepere, teste Marco 14. 13. Biberunt ex eo omnes. Ecquid verò? Illud utiq; quod Dominus offerebat & bibere jubebat, quod sanguinem suum esse dicebat. 4. Interpretationi Paulinæ non congrua est: Ille enim disertè receptionis seu participationis meminit, 1. Cor. 10. 16. 5. Concordiæ non consona est: Illa enim disertè dicit indignis verè exhiberi corpus & sanguinem, & indignos verè accipere: atque sic porrectionem sive oblationem & sumptionem sive acceptionem corporis & sanguinis Domini manifestè conjungit. 6. Elenchus *ἐπεροζητήσεως* est. Neq; enim 1. controversia est, cum de Sacramenti integritate quæritur, de Deo instituyente, num non tantum signa proponat, sed & rem significatam omnibus utentibus offerat: Sed quæstio est de indignè & administrantibus & accipientibus Sacramenta, an ea integra, & isti dispensent, & hi usurpent? Ubi affirmativam à B. Augustino contra Donatistas admodum *ἐμφαπκῶς καὶ ἀναμφισβητήτως* assertam fuisse demonstravimus. Neq; 2. hoc controversatur,

An



An symbolorum fiant infideles participes, cum id vel ipsi sensus testentur, sed an etiam corporis & sanguinis Domini? id quod rursus expressè nobiscum ex institutione divina & repetitione Paulina Augustinus affirmat. Cum hoc ergo prius adversarii transigant, antequam suas nobis nebulas ad veritatem obscurandam objiciant. Aliæ *μυστηριομάχων ἐπεροδιδασκαλία καὶ φλυαρία* in seq. quod huic ad fine & cognatum est, membro, discutiendæ recurrent.

V. DE MANDUCATIONE INDIGNORUM.

126. Quintum Concordiæ membrum necessarium prioris consequens est: stante namq; hoc fundamento Sacramentū Eucharistiæ valere in Ecclesia & constare ex institutione & verbo Domini, nec pendere ex dignitate ministri aut sumentis, necessariò inde consequitur hoc, quod concordia asserit, etiam indignis illud dari, & verè ab ipsis sumi.

127. Verba Concordiæ hæc sunt. *Quare sicut Paulus dicit, etiam indignos sacramentum manducare: ita sentiunt etiam indignis verè exhiberi corpus & sanguinem Christi: & indignos verè accipere, cum institutio & mandatum Christi Domini servantur. Sed tales accipiunt ad judicium, sicut Paulus inquit, quia abutuntur Sacramento, cum sine verè pœnitentia, & fide accipiant.*

128. Assertionis hujus suæ rationem depromunt ab auctoritate Pauli, 1. Corinth. II. 27. dicentis: Quicumq; manducaverit panem hunc & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini: & v. 29. Qui n. māducat & bibit indignè, judiciū sibi manducat & bibit: non dijudicans corpus Domini: Unde rectè colligit Concordia, indignos etiam manducare Sacramentum, h. e. verè percipere in Sacramento cum pane corpus, & cum vino sanguinem Christi: id quod genuina terminorum declaratio è textu eruta plenius ac planius evincet.

129. Per panem siquidem & vinum, quo de loquitur Apostolus, nō intelligit nudum panem & vinum, sive symbola mera, sed panem & calicem Domini: disertè enim loquitur de Hoc pane, qui Sacramentaliter est corpus Christi, sive *κοινωνία* communicatio corporis Christi: & de calice Domini sive benedictionis, qui est communio sanguinis Christi, 1. Cor. IO. 16.

130. Per indignos autè non intelligit infirmos & imbecilles in fide:



In fide: hi namq; sæpè dignissimi, cum horum gratia cœna vel maxime instituta sit, vide *Matth. 9. 12.* sed incredulos, impœnientes, hypocritas, impios, securos, malos, &c. Id quod constat. 1. Ex objecto, quia in Ecclesia Corinthiaca reperiebantur quàm plurimi dissidiis, scissuris, hæresibus, idololatricis cultibus, ebrietati, pauperum contemptui & offendiculis aliis indulgentes, quibus cum Apostolo res erat, *Vid. 1. Cor. 11. 18. 19. 20. 22. 34. c. 10. 20. 22.* Quorsum enim Apostolus tam acrem institueret reprehensionem adversus infirmos, qui leviori abusu cœnam profanarent, impœnientes verò istos, qui contra consciëntiam in peccatis perseverabant, ne verbulo perstringeret? Constat 2. idem ex eventu sive effectu consequenti, quia liquidò Apostolus de indignis pronunciat, quod sibi ipsis iudicium accersant, sive quomodo Beza & Tigurina Biblia explicant, damnationem, *1. Cor. 11. 29. & 34.* At verò quicumq; credit (sive firma sive infirmâ fide) non iudicabitur, *Job. 3.* Contra v. scortatores, idololatras, fures, avari, ebriosi, conviciatores, rapaces, &c. regni Dei hereditatem non consequuntur, *1. Cor. 6. 9. 10.* Constat 3. idem autoritate patrum illorû, qui *Juda etiam proditori pretiosum corpus & sanguinem*, quæ verba sunt Theodoretii in *1. Cor. 11. Dominum impertuisse* sentiunt. *Vid. Aug. Cont. Fulg. l. 9. superius allegat. & epist. 162. mortiferos*, scribit Cyprian. *Cyprian. de idololorum cibos adhuc penè ructantes, exhalantibus etiam nunc scelus suû laps. faucibus & contagia funesta reddentibus Domini corpus invadere*, quod certè non de infirmis, sed sceleratis & impiis verâ fide destitutis dici solùm potest. Rectè ergò concordia nostra filium Apostolicum fideliter secuta, indignos esse dicit, *qui sine vera pœnitentia & sine fide Sacramentum accipiunt.*

131. Reos deniq; fieri Apostolus indicat indignos hos, non symbolorum panis & vini, sed corporis & sanguinis Domini. Ubi exprimit tria. 1. Reatum non esse ipsum iudicium, sed crimen quo iudicium attrahitur. 2. Rem quo reatus contrahitur, non esse solum panem & vinum, sed corpus & sanguinem Domini, *v. 27. 3. Modum, quo contrahitur, consistere in indignè manducando & bibendo, v. 28. & 29.* unde sic colligo: Quicumq; manducando & bibendo rei fiunt corporis & sanguinis Christi, illi manducant corpus & bibunt sanguinem Christi: Atqui indigni manducando & bibendo fiunt rei corporis & sanguinis Christi. E. manducant corpus, & bibunt sanguinem



guinem Christi. Et sic, indigni qui sunt sine pœnitentia & fide, corpus & sanguinem Domini verè accipiunt: Id quod concordia nostra intendit.

Vid. Hist. A.  
C. p. 274. &  
p. 284. §. duo-  
decimo.

132. Esse autem hanc & non aliam ipsissimam cum Lutheri tum Buceri & reliquorum ex utraq; parte Concordiæ subscribentium, mentem ac sententiam, nemo cordatus ambiget. De Lutero dubium nullum est, cum is Concordiæ tractationem omnem Bucero & sociis in faciem denegarit, ni prius unanimiter ore & corde cōfiteantur, corpus & sanguinem Domini indifferēter offerri, & sumi à piis & impiis, credulis & incredulis, hypocritis & sinceris, sive ut Paulus loquitur, dignis & indignis. Cujus rei gratiā deliberandi etiam spatium Bucero & collegis datum, ne forsitan obrutos se fuisse causari possent; Id quod è Myconii Epistola manifestum est, nec ipse etiam Hospinianus negare potest.

Vid. Hist. Sa-  
cram. part. 2.  
p. 144 a. §. post  
hac Luther.

133. De Bucero & sociis expedita res est. Is enim non tantum postridie in publico Theologorū conventu suo & aliorum ore confessus est, verè sumi corpus & sanguinem Christi non tantum corde, sed etiam ore sumentium, qui dignè ad salutem, qui indignè ad iudiciū. Ubi singuli etiam seorsum à Lutero interrogati, se idem quod Bucerus explicasset, confiteri, sentire, docere, defendere, asseverabant, & exinde docere velle: rogātes, ne ullum fucum his subesse suspicarentur. Teste iterum A. C. historia. p. 275. Cujus veritatem etsi Hospinianus suis nebulis involvat, in totum tamen negare non potest, Vide alleg. pag. b. §. Ipsorum porrò fidem.

Al. part. 2.  
p. 149. a. §. in  
tertio quoq;

134. Ut verò omnem dubitandi scrupulum eximamus Bucorum ipsum sui ipsius interpretem omni exceptione majorē audiamus: hæc ille in declaratione Concordiæ Argentinæ facta, (quā & ipse Hospinianus habet,) *Ab indignis sumi non symbola tantum: porrigi eis etiam cum pane corpus Domini, & sumi hoc ab illis. Postum hoc est propter verba Pauli, 1. Cor. II: qui sribit, indignè sumentes reos fieri corporis & sanguinis Domini: & loquitur illic de iis, qui in Ecclesia sunt, & fidem Sacramenti habent, nec tamen corpus Domini dijudicant. h. e. donum hoc Christi nō dignè estimant.* Simili declaratione utitur in epistola ad Episcopum Herefordensem (quam Concordiæ declarationem esse censet quoq; Hospinianus, Pezelii, è quo haud pauca exscripsit, iudicium secutus: ubi aliquoties expressè inquit, *verum corpus & sanguinem Domini cum pane & vino verè & substantialiter exhiberi,*

Pag. 149. a.  
§. Huc perti-  
nent.



beri, & ab omnibus indifferenter sumi, etiam ab ipso Juda & Corinthiis, multis gravissimis peccatis pollutis, & similibus sive digni sint, sive indigni. Constat idem ex articulo Smalkaldico v. i. qui his verbis conscriptus & subscriptus à Theologis presentibus fuit: *De Sacramento altaris sentimus panem & vinum in sancta coena esse verum corpus & sanguinem Christi, & non tantum dari & sumi à PIIS, sed etiam ab IMPIIS Christianis.* Quem ut & reliquos articulos in conventu hoc Smalkaldico ante Buceri adventum à Theologis reliquis conceptos & subscriptos, ipsum Bucerum etiam approbasse, dubium nobis nullum est, cum ad subscriptionem articulorum de potestate pontificis & Episcoporum, de magistratu, &c. qui sub adventum ejus conscripti erant, sponte sua se obtulerit. *Vid. Hist. A. C. p. 317. & seqq. Taceo alia, de quibus videatur declaratio Buceri in historia Aug. Conf. p. 188. & seqq.*

135. His igitur stantibus, vel ex unico hoc Concordiæ membro sole meridiano clarius patet. Bucerum & collegas sincera ejusdem confessione, quæ *ἡνθὺς* Lutherana est, Luthero iterum accessisse, à Zwinglio verò & consortibus ex professo secessisse.

136. Quid enim hi? *dis dia πρὸς* contradicunt. In communi namque i.asserunt indignè manducantes nō accipere corpus & sanguinem Domini, sed externa tantum symbola, sive nuda duntaxat signa: percipere re Eucharistiæ terrenam, non cœlestem, &c. Quam malè verò hæc cum Concordia nostra, & veritate ipsa concordent, ex superioribus plus satis liquet.

137. Nonnulli II. veritatis luce adacti nobiscum fatentur indignè etiam manducantes accipere corpus Domini, sed tamè sub indignorum appellatione latibulum, diversa eorundem genera constituyendo, quærunt. Beza *Resp. i. ad Act. Colloq. Mompelg.* indignè accedentium tres gradus comminiscitur, quorum 1. alii prorsus sunt, inquit, *impii & Epicurei.* 2. alii fide tantum historica præditi, gravissimis peccatis laborantes & pœnitentiam nihil curantes: Quos certum est exitium sibi accersere Sacramentorum profanatione, quæ in ipso Christi indignissimum contemptum redundat. 3. Alii verò fide non sunt destituti, sed de preparatione animi non cogitant, fratribus quos offenderunt, non reconciliantur. vivunt deniq; dissolutius quam oportet, quos dicere nolumus exitium sibi accersere, nec aliud, quam sacra symbola, ut priores illos, sumere, sed tamen correctionem mereri, quales erant Corinthii (quasi



verò!) quos admonet Paulus. Hæc ille. Fortassè secundū hanc opinio-  
nem rectè credentes & viventes totum ; dissolutius verò viventes,  
minùs ; Mali deniq; nihil accipient?

138. Bucanus *quest. 136. de Cœna Domini*, duos indignorum  
gradus constituit his verbis: *Præcipuus indignitatis ἄποτόμωσ sic dicta  
gradus est sine fide & pœnitentiâ ulla accedere ad mysteria fidei, quod est  
infidelium rejectitiorum, hypocritarum, & impiorum. Alius indignitatis  
ἄμενέσεσιν sumpta gradus est credentium, qui corpus Domini non discer-  
nunt, seu diiudicant, hoc est, qui etsi fide non prorsus sunt vacui, fidem tã-  
men admodum languidam & infirmam habent, ac proinde non admodũ  
efficacem per charitatem & pœnitentiã.* At conficti hi tũm Bucani,  
tũm Bezæ gradus ad amissũm adplicati, 1. contradictionibus in adje-  
cto seipso mutuo evertunt. 2. in descriptionem indignorum Apo-  
stolicam thesi 130. à nobis propositam gravissimè impingunt. 3. Ipsi  
Concordiæ è diametro contradicunt: Cum tam in hac quàm in ista  
duo tantũm convivarum mensæ Dominicæ genera audias, dignos &  
indignos. Sicut ergo dignorum gradus unicus, nempe illorum, qui  
verã fide & pœnitentiã Sacramento utuntur: ita è contrario indi-  
gnorum gradus unicus, nempe illorum, qui sine fide & pœnitentiã  
Sacramento abutuntur. Graduatos qui hinc nobis fabricant indignos:  
verã fide non destitutos, sed fidem habentes, infirmam tamen, & nõ  
admodum per charitatem efficacem, monstrum cudunt, quod Pau-  
lus ignorat, Concordia damnat.

139. Nec est, quod Bucerum distinctionis de tribus hominũ  
Sacramenta sumentium generibus inventorem primum, in aciem  
cõtra nos producas. Eius n. auctoritas nos nõ ferit. Cũ quæstio hinc  
non sit num Bucerus primus distinctionis hujus auctor sit, sed nõ il-  
la Concordiæ formulæ conformis, & ex fundamentis ejus deducta  
sit: Nos respondemus quod non. Quia nihil 1. de eadem in totã Cõ-  
cordiæ actione, per aliquot dies continuata, agitarum. Nihil 2. de ea-  
dem in ipsã concordia etiam verbulo expressum. Nihil 3. de eadem  
in Buceri retractationibus mense septembr. ejusdem anni 36. editis  
propositum. Sed 4. doctrinæ Paulinæ è diametro contraria. & 5. à Bu-  
cero non levi ab inita concordia temporis intervallo, domi, in gra-  
tiã illorum, qui dispari modo erga concordiam institutam erant af-  
fecti, excogitata, & 6. multa inde incõmoda & absurda deducta. Quo-  
de videatur Historia Aug. Conf. p. 290. & seqq. 140. Fal-



140. Falsum igitur est, quod Pezelius, qui pari cū Hospinia-  
no candore suam consarcinavit historiam Sacramentariam, contra  
ipsam fidem historicam contendit, aliquā de gradibus indignorum  
mentionem in Concordiæ trāsactione factam esse. Provocat eo no-  
mine ad commemorationem D. Ludovici Rabi. At qua quæso fron-  
te? Legat ac relegat eam quicumq; volet, de gradibus istis ne quid  
idem inveniet, hoc duntaxat deprehendet Bucerum cū suis tantum  
impiorum ratione offensum fuisse (si scilicet dicatur ab impiis etiā cor-  
pus Christi manducari) sed tamen confessum indignos, ut Paulus  
ait, corpus Domini sumere, ubi videlicet institutio & verba Domini  
non subvertantur. Hæc quid ad rem? Nihil omnino, cū non in re  
ipsa, sed in voce tantum seu appellatione nominis hæserit differen-  
tia, eò quod denominatio indignorum mollior, quàm impiorū qui  
tamen ἀφ' ἐνὸς διαγεγίμματα. Uade rectè Lutherus Bucero cū suis  
dixit: Quod si hæc vox Impii accipiunt verum corpus Christi, apud  
suos rudibus intolerabilis videretur, uterentur interim ea, qua Pau-  
lus usus est (*indignus*) verum rem ipsam explicarent, sive dicerent pro  
impis increduli: quomodo commemorationem D. Rabi declarat My-  
conius. Ἀπαιθ' ὁμοια καὶ ἐν κρείον.

Part 8. Argu-  
mento Philipp.  
p. 154.

Vid. Hist. A.  
C. p. 312. &  
Hosp. part. 2.  
f. 142. b.

Hist. A. C. p.  
276. §. Tunc.

141. Quin & hoc notandum, in Actis Concordiæ Bucerum  
de hoc capite hanc edidisse declarationem, se, quæ de hominibus  
prorsus impiis dixerit, quòd corpus Christi non sumant, non de  
Christianis, sed de Turcis vel Judæis intelligi velle: Item, si vel mus,  
vel vermis corroderet hostias, &c. Nam de Juda (qui maxime fuit  
impis) & similibus Ecclesiæ putridis membris concessit: Ita nam-  
que in declaratione Concordiæ apud Hospinianum ait: *dum in Ec-  
clesia Sacramentum celebratur iuxta institutionem Domini, habent in-  
tegrum Sacramentum & rem Sacramenti, omnes qui sunt in Ecclesia et-  
iam si ex ministris vel sumentibus intersint indigni aut perfidi, uti Judas  
interfuit cœnæ primæ. De quorum tamen perfidia Ecclesia constiterit hi  
arceri his sacris debent.* At sic exceptio de Turcis & Judæis planè su-  
pervacanea est. Tantis per namq; dum extra Ecclesiam manent, nec  
cœtui vocatorum sese aggregantes, Evangelium audiunt, nec Sacra-  
menta ad ipsos pertinent, quæ sunt bona Ecclesiæ propria, in qua ta-  
men multi sunt non credentes, hypocritæ, securi, profani.

Hist. A. C. p.  
275. & 307.

Hospin. f. 149.

a. §. Tertio.

Confer Hist.

A. C. p. 289.

142. Quid verò opus est multis? ipse quoq; Hospinianus dum

Part. 2. f. 295.

b. §. Quinto.



de Bucero sermo est, molli admodum brachio distinctionem hanc tractat; Ad Paulum v. Eberum qui eandem infeliciter & imprudenter imitatus est, delapsus, novam & mirabiliter monstruosam Chimeram nominat. Sic scil. suorum lapsus, in nostris odiosè insectari, & Trabem in oculo proprio non animadvertere, festucã verò in alieno atro carbone notare volupe est hypocritæ! Quasi v. ex uno æstimandi omnes? Et unius Eberi error, què nostrates Theologi publicè improbarunt, imputandus in communi aliis!

Vid. Hist. A.  
C. fol. 302. &  
seqq.

143. Sed & Pezeli crambè ab Hospiniano recoctam, si quis è Tomo Buceri Anglicano nobis apponere velit, inscitiam suam ridendam aliis propinabit. Relatio siquidem Cõcordiæ in Tomo Anglicano quæ extat, commentitia ut plurimum & suspecta adeoque rejicienda est. Quia. 1. Tomus iste non ab ipso Bucero confectus, sed post obitum demum ejus ab aliis compilatus: & 2. multa continet hystorologica, quasi Wittèbergæ essent tractata, & subscripta, quæ post reditum tamen Buceri Argentinæ auctata. Quin imò. 3. quamplurima complectitur simplicitati relationis Myconianæ contraria. Quæ ergo fides eorundem non suspecta?

144. Verùm enim verò quemadmodum mus miser est, antro qui tantùm clauditur uno: ita miseri essent ἐπεροδιδασκαλῆντες qui unum duntaxat paratum haberent effugium. Alii igitur III. postquã hac non successit, alia rem aggrediuntur via, & hac obstructa rimã excogitant aliam, dum Apostolica pronunciata de reatu, discretionis corporis Domini, de judicio &c. evidenti falsitate pro suo magisterio detorquent. Hinc reos esse dicunt indignos corporis Christi nempe oblato quamvis non recipiant. Quasi verò non etiam participati? quomodo è 1. Cor. 10. 16. membro proximè præcedenti contra Bucanum demonstravimus. 2. Reos fieri propter spreitum corpus Christi. Quasi verò ille reatus contraheretur spernendo & non potius, Apostolo teste, manducando & bibendo? quomodo thesi 131. demonstravimus. 3. Discernere corpus Domini esse panem illum tanquam symbolum corporis Christi à rebus cæteris distinguere. Quasi verò discernere panem & corpus planè unum & idè essent? 4. Distinguant inter judicium damnationis seu reatum, & judicium παιδείας sive correptionis, disciplinæ & pœnæ temporalis. Illud indignis qui sine fide & pœnitentiã ulla accedunt, adjudicant. Hoc verò indi-



Indignis *ἄμεσῆς* dictis, fide nō prorsus vacuis, interminari Paulum contendunt. Quasi verò Apostolus reatum corporis Dominici & damnationem promiscuè non tribueret indignis, etiam iis, qui non dijudicant corpus, & sic *ἄμεσῆς* sunt indigni? quomodo ipsa Figurina Biblia vocem *καίμα* per damnationem reddidisse supra thesi 130. notavimus. Audiamus verò hīc pro nobis B. Augustinum suis verbis respondentem: *Cum Apostolus diceret: reus erit corporis Domini, de iis erat sermo, qui Domini corpus veluti quemlibet aliū cibum indiscretè negligenter q̄ sumebant. Hīc si corripitur qui non dijudicat, hoc est, non discernit a ceteris cibis dominicum corpus, quomodo non damnatur, qui ad eius mensam fingens amicum, accedit inimicus?* Tract. 62. in Iohan.

145. Deniq; mantissæ loco suppeditat hoc Concordiæ mēbrum argumentum nobis *ἀνακρενασινδν* ad refellendas adversariorum contra manducationem indignorum objectiones plurimas, à Bucano quæst. 140. de cœna Dom. collectas: ut puta, quòd 1. Communicati corporis & sanguinis Christi non sint contrarii effectus: quòd 2. vis vivificandi à communione corporis Christi separari nequeat: quòd 3. impii vitam æternā juxta Joh. 3. 18. non habeant: quòd 4. corpus Christi manducatum vitam, spretum verò & repudiatum mortem, efficiat: Quare item corpus Christi ab indignis sumptum ad iudicium & mortem ipsis cedat? Ad quæ & alia his similia Formula nostra tribus verbis Respondet: *Quia abutuntur Sacramento & sumunt sine pœnitentia & fide.* Est igitur in argumentis istis, 1. Elenchus accidentis: non enim iudicantur ob corpus Christi participatum simpliciter, sed secundum quid, sive ex accidenti, quia sine fide participant seu, quia non credunt, Joh. 3. 18. 36. 2. Elenchus est effecti: corporis enim & sanguinis Christi nō sunt contrarii effectus in uno & eodem subiecto, scilicet pariter se habēte: Sunt autem in diversis subiectis: vivificat enim credentes: iudicat incredulos. Confer Marc. 5. 30. 31. & 6. 5. 6. Rom. 1. 16. 2. Cor. 2. 16. Et sic vitium in subiecto est, non in agente, vivificat enim quos vult.

146. Quod dixi, eleganti illustrat simili Chrysostomus: *Sicut Homil. de pro-corporalis cibus cum ventrem invenerit adversis humoribus occupatum dit. Iuda. amplius ledit, magis nocet, & nullum prestat auxilium: ita & iste spiritalis cibus, si aliquem repererit malignitate pollutum, magis eum perdet non sua natura, sed accipientis vitio.* Et paulò ante: *In Iuda post cōmuni-*  
catisq;



*cationem mense Diabolus intravit, non quia contempserat Dominicum corpus, sed quia impudētia & malignitas mentis, ut adversarius in eo habitaret, effecit: ut discas, quod indigna & fucata mente mysteriorum secreta celebrantibus à Diabolo preparantur insidie.*

*Lib. 3. contr.  
Donatist. c. 14.*

147. Eodem planè modò objectionibus istis olim occurrit Augustinus, ubi contra Donatistas scribens, *Intelligatur*, ait, *aliquod bonum non solum vitam posse operari benè utentibus, sed etiam mortem, male utentibus, &c.* Sed & de his & istis sufficienter sic satis: Sextum & ultimum concordiaë membrum nobis examinandum restat.

#### VI. DE SALUTARI USU ET FRUCTU

##### *Cœna Dominica.*

148. Dicitur est in proximè præcedenti Concordiaë membro, occasione de indignorum manducatione data, de abusu cœnæ: Explicando, quid illi sint, qui Sacramento abutantur, aut qui indignè vel ad iudicium illud sumant: Rectè igitur è contrariorum natura finis, cujus gratia institutum Sacramentum, subjicitur, & in quonam dignus ac salutaris ejus usus consistat, perspicuè exponitur.

149. Verba hujus membri sic sonant: *Ideo enim institutum est (hoc Sacramentum cœnæ) ut testetur gratiam & beneficia Christi sumentibus applicari, & verè corpori Christi inseri, & sanguine ejus abluì, eos qui pœnitentiã verè agunt, & fide in Christum se consolantur.*

150. Exprimuntur his fines Cœnæ Dominicæ potissimum tres: quorum 1. consistit in gratiæ Dei & beneficiorum Christi applicatione & oblatione. 2. In efficaci fidelium in corpus Christi institutione & implantatione. 3. In peccatorum, quæ fit per meritum sanguinis ejus, ablutione & remissione. Ubi tamen fines subordinati alii, cum Deum tum proximum respicientes, non excluduntur, sed simul includuntur.

151. Subjicitur verò speciatim & finis quæ, cui scilicet enumerati hi fructus salutare destinati: nempe communicantibus; at non promiscuè quibusvis, sed iis, qui 1. pœnitentiã agunt: & quidem 2. non simulatè, sed verè: & 3. Fide in Christum se consolantur.

152. Unde patet respectu quidem Dei fructus hos omnibus & singulis communicantibus in cœna offerri, solis tamen verè pœnitentibus & in Christum credentibus re ipsa conferri. Illis obtinere



gere usum duntaxat externum: his verò etiam salutarem accedere fructum internum.

153. Cùm v. hæc rum ex se, tum è superioribus perspicua & plana sint: cõstat Bucerum & collegas sincera hujus membri confessione, quæ γυνίως Lutherana, Lutherò iterum accessisse; à Zwinglio verò & consortibus secessisse.

154. Hi namq; vim remittendi peccata Sacramentis in genere, & sic etiam in specie cœnæ Dominicæ derogant, ideoq; duntaxat significare sive duntaxat signa esse affirmant: *Sacramenta, tam abesse, ut gratiam conferat, ut ne afferant quidem aut dispensent*, Zwinglii emblemata est. Sicut pane & vino depellitur fames & sitis corporis: ita corpore & sanguine Christi fide vescitur anima, ut ad vitam spiritualem confirmetur; decantata Zwinglianorum hypothesis est. At his stantibus, quomodo gratiam & beneficia Christi cœnæ Sacramentum applicabit? Quomodo Christi corpori fideles inseret? Quomodo à peccatis credentes abluet? Quomodo v. & Zwinglianis his hypothesis cum Concordia nostra hîc conveniet? In Confess. ad Carol. V. Imp.

155. Hæc de singulis Formulæ concordiaæ mēbris dicta sufficiant: è quibus luculenter nos demonstrasse Bucerum cū collegis, abjectâ priori opinione erroneâ, veram Lutheri sententiam & confessionem de cœna amplexatum fuisse, quis est, qui non videat, & tantum non manibus palpitando comprehendat?

156. Ipsum igitur veritatis solem è medio tollere desudant, qui contra propriam conscientiam absq; omni pudore clamitant, ipsum Lutherum propter hanc Concordiam, dogmate suo deserto, ad Zwinglianas partes defecisse, ipsorumq; confessionem approbasse.

157. Inverecundum mēdaciū, ne quid dicam gravius! quod ipsum ante Hospinianum personatus ille Wolffius, Pezelius, Neostadiensis, Embdensis, & qui se ipsorum ungue scabunt, evomuere alii οἷς μὲν ἡ γλῶττα ἀνέλεγκτὸν ἢ δὲ φρὴν ἐκ ἀνέλεγκτῶν.

158. Opponimus his, præter demonstrata in præcedentibus dogmatica, sequentes ex abundantia historiae arietes: I. Ante concordiam Anno 35. ipsis etiam adversariis commemorantibus, Philippus ad Brentium scribebat, Bucerum cum suis *ad Lutherum se inflectere*: Item, ad Agricola & Rhegium, exposuisse Bucerum, *Lutheri sententia subscribere concionatores Ulma, Augusta, Constantia & in vicinis urbibus*. Pezel. part. 3. Arg. Philip. f. 162. & 163. Hist. A. C. f. 264.





*bibus.* Ulmam igitur, Argentinam, Augustam & cæteras civitates ad Lutherum se inflectere audimus, & nolle ulterius *κινηθῆναι*.

*Histor. A. C.*  
p. 259.

2. Eodem anno senatus Augustanus à Luthero sincerum Evangelii præconem petiit, D. Johan. Forsterum: revocare etiam ad se voluit veterem suum Pastorem D. Urbanum Rhegium, qui uterq; fuit vir *γυναικῶς* Lutheranus: quod nec ipse Hospinianus diffiteri potest *hist. Sacram. pag. 2. fol. 140. b.*

*Histor. A.*  
C. pag. 273.  
*Hospin. f. 146.*  
§. *Quod si ergo.*

3. In ipsa actione Concordiæ, Lutherus omnem Bucero Concordiæ spem præscidit, ni publicam prioris suæ sententiæ revocationem & veræ cum ipso doctrinæ professionem promitteret. Quo nomine & Hospiniannus Lutherum ambitionis insinulat. *fol. 144. a. §. vigesimo.*

4. Bucerus errore agnito, ad revocationem sese ore, scripto & quovis modo non solum offert, sed & suam de manducatione indignorum sententiã, doctrinæ Lutheri per omnia consentaneã edidit.

*Histor. A. C.*  
pagina 275.  
*Hospin. f. 144.*  
b. §. *ipsorū por-*  
*ro fidem.*

5. Omnes ejus collegæ precabantur obnixè, ut quoniam per omnia agnoscerent, veram esse confessionem & Apologiam Augusti Cæsari exhibitam, in Cõcordiam & vincula illius fidei & solidæ fraternæ charitatis, ut conmembra in Christo reciperentur.

*Hist. A. C. p.*  
275.  
*ibid. pag. 311.*

6. Hinc paratos se quoq; esse asseverabant, referente D. Rabo, ut jam fecissent, omnia ea retractare, quæ perperam vel docuissent, vel scripissent.

*ibid. p. 276.*

7. Repetito secunda vice à Luthero controversiæ statu, & ab ipsis approbato, tandem illachrimantes cæcellatis manibus Deo gratias agunt, & sic fidei ac fraternitatis dextræ utrinq; datæ sunt.

*Histor. A. C.*  
p. 278.

8. Bucerus gravem de abjiciendo errore suo & Cõcordiæ subscriptione, ad collegas admonitionem habet, ut ipse Hospinianus fateri cogitur, *fol. 147. §. jam Concordia.*

*Hist. A. C. ib.*

9. Omnes se nullam subscriptionis detractandæ causam habere responderunt & subscripserunt.

*Pag. 280.*

10. Bucerus & Capito Dominica Exaudi, post subscriptam Cõcordiam, publicè in Ecclesia Wittenbergensi Cœna Dominica, ad contestandum suum cum doctrina Lutheri consensum, usi sunt.

*P. ead.*

11. Eadem Dominica concionem à meridie in tēplo parochiali Bucerus habuit, in qua, præsentibus & audiētibus multis hominum millibus, se Lutheri & Ecclesiæ Wittenbergensis Confessionem de Cœna



Cœna sincerè amplecti: & per vitam suam constanter tueri velle. professus est: quod & inter alios ex ore ipsius audivisse se testatur D. Joach. Morlin. in refutatione trivialis & Epidemii mendacii Heidelbergens.

Hist. A. C.  
p. 626.

12. Post actionis Concordiæ exitum, sciscitanti de eodem Electori Saxonix ex Theologis Wittenbergensibus, Bucerum & comites suum errorem & priorem Zwinglianam sententiam abjecisse, & nostrarum Ecclesiarum confessionem amplexos esse, &c. Theologi respondent: quod ipsum Elector ad ducem Megapol. Henricum paucis post diebus scripsit.

Hist. A. C. p.  
287.

13. Bucerus etiam mense septembri Retractiones suas publicè edidit: in quibus describendis etsi lubricus est Hospinianus f. 149. *huc pertinet*: nobis tamen ipsiusmet Buceris relatio fide dignior, quæ extat in Epist. ad Episc. Hereford. & Comandrum, & Lavateri probatior, qui Bucerum scripsit suam de cœna doctrinam aliter, quam antea tractasse atque adeò mutasse (quod quid aliud est quam retractasse?) idemq; ipsi accidisse, quod iis, qui ex nimia vini cupiditate etiam feces exlorberent.

Vid. Hist. A.  
C. p. 292. 294.  
250. Defens. 3.  
d. Pappi, p. 130.  
134. 135.  
Lavater. f. 31.  
Hist. A. C. pag.  
280.

14. Dextrè etiam & *γυναικας* formulam Concordiæ collegis suis (solo commento de tribus hominum generibus excepto) Argenti-  
næ explicavit.

Hist. A. C. p.  
288. & seqq.

15. Idem docent Epistolæ assiduæ à Bucero, Capitone, Musculo & aliis Wittebergam tum temporis missæ, quibus suum non tantum cum Luthero consensum declarabant, sed & in eo se elaborare ostendebant, ut libri Lutheri, Helvetiis antea exosi, à ministris Ecclesiarum & aliis legerentur: petebant libros ejus in certa volumina distribui, & Germanicos latinè verti: suscensebant impediens Concordiam, nec se quicquam revocasse jactitantibus, &c.

Hist. A. C. p.  
294. 296.  
297. 319 331.  
333.

16. Denique Epistola Lutheri ad JENENSES idem luculenter testatur, in qua inter alia: *si qui vel apud vos, scribit, vel alibi sint, qui me à priori contra Zwinglianos sententiâ digressum iactitent, illos meo nomine rogetis velim, ut ab ejusmodi gloriationibus desistant, ne inchoata Concordia vel impediatur, vel in maiorem discordiam commutetur.* De quibus & aliis videatur Hist. A. C. p. 319. & seqq. Nos, cum in re plana ac perspicua vel tria verba sufficiant, hic subsistemus, & ultimum definitionis propositæ membrum leviter perstringemus.



159. Ultimum, quod superest in descriptione Concordiæ membrum, finem ejusdem continet.

## FINIS

160. Concordiæ exprimitur duplex: Alter principalis sive summus, nempe *Gloria Dei*: Alter minus principalis sive intermedius, *Ecclesiarum conjunctio* & inde consecutura per Domini benedictionem *amplificatio*.

161. Huc namq; omnia Concordiæ hujus auctorum consilia, huc omnes conatus referebantur, ut de controversia Eucharistica, de qua hætenus neq; in publicis scriptis, neq; in Colloquio Marpurgensi, neq; in comitiis Augustanis, consensus inter ipsos iniri poterat, concors præcipuè sententia conciliari ac stabiliri posset.

162. In reliquis namq; Christianæ fidei articulis, *confitentur omnes*, quæ verba sunt Epilogi Concordiæ, *se idem sentire & docere in omnibus Articulis velle, quod in Confessione & Apologia principum Evangelicorum expositum est*. Et sic per expressum se ad August. Confessionem ejusdemq; Apologiam in omnibus articulis referunt.

163. Referunt autem se, quod accuratè notabis, ad Confessionem principum, quæ tum extabat & mutationem sive variationem adhuc dum nullam passa fuerat, (mutatio enim anno demum 1540. privato Philippi arbitrio subsecuta est) & sic Concordiam cum hac pari in censu per omnia haberi & coli volunt.

164. Cùm verò non solum Augustana Confessio veram & substantialem (Apologia corporalem nominat) præsentiam Christi in cæna approbet: sed & disertis verbis *secus docentes* (Zwinglianos & alios) improbet: miræ vertiginis res est, Calvinianos nostros non tam ad Augustanam Confessionem, (in qua doctrina ipsorū publicè improbata) quàm ad Concordiam hanc nostram, quæ ad istam nos *in Articulis omnibus* remittit, solenniter provocare, se genuinos utriusque socios venditare, nos verò adulterinos utriusque filios & iniquos possessores proclamare?

*Oras. de s. hab.*  
*ref. s. 5.*

165. Hic quid agemus? Dicemus i. cum B. Augustino: *Habemus invidos. habemus inimicos. Ipsi possidere volunt* (Concordiam & August. Confess.) *non nobiscum, sed contra nos*. Regeremus ipsis 2. iudicium gravissimum, WILHELMI Hassiæ Landgravii, Principis p. m. & laudatiss. & sapientiss. in scripto ad Johan. Casimirum Palat. Comitem



Comitem sub dato 27 Jun. Anno 82. ubi inter alia scribit: *Quamvis Calviniani ore se referant ad Augustanam Confessionem ejusq; Apologiam, videamus tamen ipsos non necessaria ceremoniarum mutatione, in super etiam propositionibus nonnullis valde periculosis, scandalosis, & ad adificationem nihil facientibus, quas sophisticis artibus defendere conantur, ita se gerere, ut palpabile sit, quod cum Aug. Confessione & Ecclesiis eam profitentibus pure & simpliciter per omnia non consentiant, sed idio-βελειν velint.* Producemus 3. contra ipsos, Tigurinos ipsis multo cordatiores, qui in Apologia sua ad confutat. Jacobi Andreæ exsertè dicunt: se nunquam Augustanæ Confessionis subscripsisse, aut ejus auctoritate suam sententiam defendisse: ideoq; sua se confessione contentos, Augustanam v. ipsis disceptandam relinquere velle. Quod præceptorum suorum exemplum, cur non imitantur discipuli? Opponemus 4. ipsis evidentes ipsorummet contradictiones & ἐπεροδιδάχαιας in omnibus Augustanæ Confess. articulis, à Theologis nostris fusè alibi & nervosè ad oculos demonstratas: E quibus facile constabit, quid distent æra lupinis.

Vid. D. Leuchter. in Antiq. Hess. side. pag. 282.

Edit. Tig. Anno 75. f. 126. a.

166. Porro ut ad finem Concordiæ sub finem properemus, eundem equidem Ecclesiæ Saxonicæ & Suevicæ per Domini gratiam obtinere, & in hunc usque diem firmiter magno cum fructu retinere. Licet enim nullus inde ad externos alios emanarit, hoc unum tamen nobis sufficit, superioris Germaniæ Ecclesias ejusdem occasione à Zwingliano dogmate, quo contaminatæ erant, liberatas, & Ecclesiis nostris fuisse conjunctas & associatas.

167. Et certè si pari facilitate & fide exteri etiam alii, se Concordiæ conjungere voluissent, ut potuissent & debuissent, è nostra parte res plana fuisset: ut qui inter se quidem Concordiam pacificebantur, absentes autem, ad quos illam relaturi erant, facile in eandem consensuros bona spe ducebantur. Ideo namque Concordiæ epilogum his verbis concludunt: *Quod si ceteri ab utraq; parte, hunc etiam articulum sibi placere ostendent: planè confidimus, firmam & durabilem inter nos Concordiam constitutum iri.*

168. Utra verò pars oblatas Concordiæ conditiones respuit? utra firmam & solidam hanc Concordiam impedivit? Lutherusne cum suis? an Helvetii?

169. Lutherianimum ad Concordiam hanc inter præsen-  
tes

Vid. Hist. A.C. pag. 282.



Pag. 327. &  
328.

tes sancitam, etiam cum absentibus religiosè sanciedam, fuisse semper cupidissimum sole meridiano clarius è literis, tum ad senatū Argentinensem Anno 36. tum ad ipsos etiam Helvetios Anno seq. amicissimè scriptis, constat. Nihil enim ex sua parte intentatum reliquit, ut Concordia etiam apud Helvetios optato fine perficeretur: nihil intermisit, obsequia sua offerendo, respondèdo, hortando, expectando, ferendo, & quicquid salva conscientia fieri potuit, condonando.

Vid. Epistol.  
Buc. ad Co-  
mand. Hist. A.  
C. pag. 348. &  
ad Luther. An  
no 14. p. 385.  
Confer annos  
37. 38. 39.  
ejusd. Histor.

170. At cum Helvetii Concordiam amicissimè ipsis oblatam, præter omnium bonorum votum & expectationem, respuerēt, & graves imprimis Tigurini eo nomine turbas excitarent, ac tādē Concordiam planè proscriberent, per hos solos stetit maximè, quò minus exoptatus eventus votis nostratium responderit; & sic ex parte ipsorum Concordia firma & durabilis constituta non fuerit.

Vid. sup. th. 38.  
August. Cont.  
Crescont. Græ.  
l. 2. c. 10. Tom.  
7. pag. 226 &  
l. 1. c. 6. p. 264.

171. Quid igitur est, quod præter omnem veritatem criminis fractæ Concordiæ Lutherū nostrum Hospinianus cum suis vanissimè iterū insimulat? Liberavimus ipsum ab hoc crimine in præcedentibus: nunc obiter hæc Augustini illis reponimus: *Discordia nos possidet sub titulo pacis. Et, multi ipsam correptionem qua modestè fit, vel peccatis (erroribus) suis faventes, vel quid respondeant non invenientes, nec tamen veritati acquiescentes, onerosè ac molestè ferunt eos, qui sedulo secum agunt, nec ab eorum convincendo errore dissimulant, litigiosos & contentiosos vocant. Falsitas enim que nudari & redargui metuit, eorum vitiorum nomine, que veritas damnat, diligentiam veritatis accusat.*

172. Idem regerimus nos hodie & istis, qui nihil nisi pacificationes Religionis crepant, nosque præter rem turbatores pacis proclamant.

Vid. Pezel. p. 8.  
Arg. Phil. pag.  
158. & ex eod.  
Hosp. f. 146. a.  
s. hætenus.

173. Pezelius & cum eo Hospinianus inter alia ad Concordiam publicam, aditum ex hac ipsa Concordia monstrari censet: *quãtum demum solidã & firmam futuram opinatur cum Pontificia remota fuerint imaginationes de substantiali alligatione sive occultatione substantia corporis Christi ad locum ubi symbola continentur, &c.*

174. Ubi, ubi verò imaginationes hæ pontificiæ in Concordiæ formula approbatæ? An non hæ ipsæ in eadem ex professo rejectæ, & à nostris dudum damnatæ? Quorsum ergò falsæ istæ criminationes,



tionem, nisi ut orthodoxam nostram, doctrinam deforment, & aliis exosam reddant: *Quis ista docuit, quærimus hinc meritò cum B. Athanasio, aut didicit? Quis ista in Ecclesia aut à Christianis (Lutheranis) audivit? Aut quis ita impius fuit, ut vel verbis diceret, vel animo cogitaret? Imò quis infernus ista eructavit? Ita vos nec respondetis vera, & accusatis falsa: non corrigitis vestra, obiicitis aliena, August.*

175. *Præ omnibus nos hinc cum Athanasio anteponimus istiusmodi pacem, quæ est sanæ fidei: & proinde non nostris, sed Calvinis verbis respondemus, nullam nos agnoscere unitatem nisi in Christo: nullam charitatem, nisi cuius ipse sit vinculum. Esse ergo hoc caput conservandæ charitatis, ut fides nobis sancta, atq; integra maneat.*

176. Si ergo Formulam hanc Concordiæ adversarii sincerè nobiscum amplectentur, & hunc etiam articulum (de cœna in formula declaratū) sibi placere ostendent, facilè firmam & durabilem Concordiam inter nos constitutum iri, cum Concordiæ hujus approbatoribus & subscriptoribus confidimus.

177. Assertionem hanc nostram iudicii sui calculo his verbis approbat *in prefat. lib. de Sacra. Dn. D. Hunnius: Si Sacramentarii in hanc formam citra fraudem corde & animo consentirent: iam de Cœnæ negotio omnis controversia è radice revulsa, sublata & sopita foret.*

178. Plura his subijcere, & subjecta pluribus deducere, instituti nostri nunc non est. Quæ de Concordia hac Wittébergensi hætenus producta, sic quidem pro tempore *ἵσθηκῶς καὶ δογματικῶς* proponere voluimus, non certè ut debuimus, sed ut potuimus. Horum verò tractatio nobis omnib<sup>9</sup> eò debet esse gratior & jucundior, quia Illustriss. Hassiæ Landgr. PHILIPPUS, laudatiss. memoriæ Princeps, hanc ipsam Concordiæ Formulam filiis suis Illustriss. in testamento suo non solū commendavit, uti ex sapientissimi principis WILHELMII Landgravii literis ad Electorem Saxonix Augustum recēset *Hospinianus in Concord. disc. f. 76. a.* & rectè collaudat *Pezelius, pag. 8. Arg. Philip f. 275.* Sed & formulæ juramenti, quo Theologiæ Candidati in Acad. Marpurg. obstringuntur, inseruit: eòq; ipso publicam confessionis de Eucharistia Ecclesiarum Hessiacarum normam cōstituit: Cujus integritatem utinam omnes & singuli Doctores & ministri in Ecclesiis & Scholis ad hæc nostra usq; tempora religiosè atten-

*Athanas. in epist. ad Episc.*

*L. 2. Cont. lit. Petil. Donatist. c. 68.*

*In Epist. ad Antiochens.*

*Calv. in Prefat. lib. de psycho Paxychia.*



48 DE FORMULA CONCORDIÆ WITTENB.

attendissent, & adhuc attenderent: & certè utrinq; quietis plus foret & rixæ multò minùs invidiæq;

*Deus, qui est Deus pacis, sanctificet nos totos, ut integer spiritus noster & anima & corpus, inculpatè in adventum Domini nostri Iesu Christi serventur. Fidelis est qui vocavit nos, ipse etiam perficiet.*

---

AD REVERENDVM ET CLARISSIMVM,  
DN. CANDIDATVM, COLLEGAM, COMPATREM, AC IN CHRISTO FRATREM  
dilectissimum

*Carmen extemporale.*

**S**Cilicet illud erat, quo te decorare volebat  
Vlma potens auro & pradiuri robore Martis,  
Giessa potens lauro & divina insignibus Artis:  
Illa tibi Christi Pastori mandat ovile,  
Hac te Doctoris summo dignatur honore.  
Aggredere ò latos oculos quos afflat amores  
Vtraq; tempus adest gestarum gloria rerum,  
Quo tibi signatur dudum cum laude merenti.  
Est pietas; pietatis honor tibi debitus hic est,  
Est labor, Ecce laboris honor tibi debitus hic est,  
Est doctrina, decor doctrina debitus hic est,  
Est usus longus, rerum experientia multa est,  
Vsus & experientia eos tibi debet honores:  
Iudicio, ingenio polles & munere fandi,  
Iudicium ingenium & dulcis facundia lingua  
Certatim debent horum tibi premia honorum.  
Ha tibi virtutes quod debent agmine factò,  
Hoc tibi gratulor ex animi penetrabilibus imis.


Caspari Finckii Giessensis, SS. Theol. Doctoris,  
in Academia Patria Professoris Ordinarii &  
Ecclesiastæ.

F I N I S.














Farbkarte #13

B.I.G.



THEOLOGICUS

A CON-  
TENBERGÆ

initæ,

A.

AUTORITATE VENE

petrandis in SS. Theologia

ibus DOCTORA-  
ripfit,

SSIMOq; VIRO,

NE WIN-

THEOL. D. ET

PROFESSORE PRI-

non Ecclesiarum superio-

æ Superintendente

, &c.  
la Collegii LUDOVICIANI

CUS, HACTENUS

or & Pædagogiarcha,

Pastor ejusq; ac con-  
ntendens.

ORUM,

us, Typogr. Academi.

V.

(3)

76

